De

Parmenide Platonico

disseruit

Cuno Fischer,
Philosophiae doctor legens in literarum universitate Ruperto-Carola Heidelbergensi.

Stuttgardiae.
Sumptibus C. P. Scheitlinii.
MDCCCLI.

Motto:

Τέτων δὲ ἔγωγε ἐραςὴς τῶν διαιρέσεων καί συναγωγῶν ἵν᾽ οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν, ἐάντέ τιν᾽ ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰςὲν καὶ ἐπὶ πολλὰ πεφυκόϑ᾽ ὁρᾶν, τῦτον διώκω κατόπισϑε μετ᾽ ἴχνιον ὥςε ϑέοιο. Καὶ τὲς δυναμένες καλῶ διαλεκτικές.

Plat. Phaedr. (p. 266.)

Optimo patri

Carolo Theodoro Fischero

verbi divini ministro

hasce studiorum primitias

pio gratoque animo

offert

G. F.

Prooemium.

Consilium nostrae disputationis hoc est, ut Parmenidis Platonici argumentum explicetur ejusque in rebus philosophicis dignitas quam luculentissime demonstretur. In tantis ac tam singularibus, quibus Parmenides laborat, difficultatibus atque in eximia, ad quam singulae ejus partes exactae sunt, severitate dialectica contrahere vela vix nobis licuit.

Quacunque enim decurtare materiem studeremus, videbamur absolutae operis perfectioni aliquid detrahere atque logico illi organismo detrimentum afferre, quod totius dialogi intellectui officeret. Itaque cura quam potui maxima argumentum dialogi persecutus sum atque ex ipsis locis Platonicis exponendum putavi, ut hac, quae mihi tutissima videbatur, via proprium ejus principium intelligeretur. Quem ad finem ut perveniremus, si nobis contigit, facile opinor nobis condonabitur, si opibus, quibus nitendum

esset, minus parce usi videamur. Praeterea ab omnibus externis rationibus integrum studui Parmenidem servare, ut peculiaris hujus dialogi gravitas neve augeretur alienis opibus neve elevaretur.

Quamquam doctarum quaestionum, quibus alii Parmenidem illustrarunt, praestantiam minime dissimulo pronusque meam ipse imbecillitatem accuso, qui nonnullis veluti Stallbaumiis quaestionibus uti nescierim, aliis in hac disputatione satis aptum locum non habuerim.

Lubenter absoluto huic libello sententiarum illarum, quae quidem cognitae mihi essent, addidissem conspectum, nisi ambitus nostrae disputationis eo jam excrevisset, ut finem imponendum arbitrarer.

Quatenus e novissimis pendeamus Zelleri quaestionibus, ideo non videtur operosius esse demonstrandum, quod huic viro, per quem maxime ad haec studia acrius recolenda traductus sum, in gravissimis quibusque rebus assentior.

Discedendum tamen ab eodem mihi putavi tum de notione Platonici momenti, cui Zellerus justo minorem vim tribuisse videbatur, tum de ultima antinomia, ubi idem ontologicum principium arcessivit magis quam in ipsum dialecticum progressum implicavit. His igitur locis Zellerum reliqui. Rectene alii indicabunt. —

Ceterum cum olim universi Platonis systematis dialectica principia explicare mihi proposuissem, posteaquam accuratiore philosophi studio imbutus infinitum paene hujus materiae ambitum cognoram, eo temporis spatio, quod huic disputationi concessum erat, illam materiam intellexi continuo non posse exhauriri. Itaque ne leviter atque perfunctorie id argumentum delibarem, cujus dignitatem venerabundo animo suspicerem, unicam illius materiae delegi particulam, Parmenidis expositionem, quam peculiari cura pertractarem.

Ac videor mihi in hac particula ipsum Platonicae dialectices centrum attigisse atque fastigium.

Etenim ut de loco quaedam addam, quem in dialectico Platonis systemate Parmenides obtineat, universa Platonis philosophia, priusquam in Timaeo et Republica rerum naturam atque ordinem explicet, hos fere gradus percurrere videtur.

Orditur Platonis philosophia non a mera cogitationum abstractione, sed ab impetu illo philosophandi, quem *ἔρωτα* philosophus appellat, quoque singuli homines eo propelluntur, ut sua vulgari natura quasi exuta ad veritatem ipsam per se ipsam enitantur.

Eros autem *Πενίας* filius est et *Πόρου*. Itaque philosophus aeternam veritatem quaerens tanquam a *Πόρου*

et *Πενίας* nuptiis proficiscitur: in quo conjugio quae elementa mutuo amore continentur, ea ut explicentur summus est philosophiae Platonicae finis. (Es hat somit der Platonische Idealismus in seinem Ausgangspunkte den *Πόρος* in der *Πενία* ergriffen: die Vereinigung beider, die Befriedigung des erotischen Triebes ist die wesentliche Aufgabe desselben.)

Dialecticae igitur artis ope elementa illa, quae amoris enthusiasmo sese invicem appetunt, objectiva quasi ratione sunt reconcilianda.

Haec elementa sunt *Πόρος* et *Πενία* h. e. immortale et mortale, vel si metaphysice dicas ens et non ens. Ens et non ens ita Plato copulat, ut essentiam in iis, quae non sunt, demonstrando negationem non nude privativam sed in ea entium ratione, qua alia ad alia referantur, comprehendat. — Qua quidem re efficit, ut negatione tam in cogitationem, quam in essentiam recepta, in Theaeteto scientiae, ideae in Sophista notionem constituat. Ex hac entis et non entis junctura, quam illic subjectivam, hic objectivam ostendit, ea necesse est appereat notio, cujus intellectu Platonis philosophia tanquam ad fastigium evehatur. Dico

unitatis notionem, quae quidem suam ipsius negationem i. e. multitudinem in se comprehendat.

Atque entis et non entis ratio ita vere explicatur, ut unum ad multa referatur.

Quibus inter se reconciliandis ipsa philosophia tanquam summo arbitrio constituitur, si quidem ita demum dialecticae unitatis notio producitur.

Nam multis in unitatis notionem relatis divinus ille philosophiae eros explicatus est atque Platonis philosophia tanquam ad initium suum reversa videtur.

Mortalis igitur *Πενίας* et immortalis *Πόρȣ* nuptiae non jam in subitaria unius momenti ac divini enthusiasmi consistunt voluptate, sed perpetua quadam atque aeterna continentur unitate.

Itaque quem Deum Phaedro Socrates tanquam divino furore percitus vaticinatur, cujusque vestigiis sese insiturum pronuntiat, idem in Parmenide praesens videtur apparere. —

Haec habui, quae praemitterem ad locum, quem in Platonico systemate Parmenides obtinere videretur, paucis significandum, quibus simul ratio qua ipsi in hac disputatione a ceteris dialogis segregavimus, breviter suppleretur.

Postero tempore, quod felix faustumque mihi eveniat, contingat velim, ut viam, qua ad hoc dialectices adyton dücamur, per singula stadia permetiamur! —

Restat ut de argumenti aeque ac latini sermonis difficultatibus peritorum judicum indulgentiae hunc libellum commendemus.

Quae dialectice ex Parmenide sequantur et quem proprium et peculiarem locum hic dialogus in dialectico Platonis systemate habeat sine accurata et subtili ejus explicatione constitui nequit. Itaque e re ipsa dijudicabimus num qua certa ratio intercedat Parmenidem inter et dialectica Platonis principia et quomodo inter sese apta et colligata sint, praetermissis etiamnunc variis de hac re sententiis. Ex his multis sententiis tantum praecipuas laudabimus, quibus tanquam Ariadnes filis per dialecticum quem ingredimur labyrinthum ducamur. Tres igitur sententiae maxime nobis dignae videntur, quarum mentio fiat. Prima enim hunc dialogum propriam et peculiarem vim in argumentis philosophicis habere omnino negans, nihil aliud eum efficere arbitratur, nisi ut dialecticam artem vel methodum disputandi philosophorum modo demonstret. Quam qui sequuntur sententiam arcte conjungunt Parmenidem cum Phaedro et Protagora, cujus quasi supplementum atque verae disserendi rationis exemplar existat. Alteri autem Parmenidem docent, unius notione explicata atque dijudidicata tanquam exemplum protulisse, quo omnes omnino notiones explicari atque dijudicari liceat. Itaque mera Platonis idearum doctrina in hoc dialogo contineri videtur.

Sunt denique qui contendant Platonem in componendo Parmenide hoc potissimum agere, ut notione Unius explicata

velut principium philosophiae proponatur, ex quo deducatur et ad quod dirigatur omnis philosophiae doctrina. Quam si quis probaverit sententiam, dialogo nostro longe alium locum assignandum esse putabit. Sine dubio enim pertractata difficillima summaque metaphysicae quaestione Parmenides primam obtinebit dignitatem inter dialogos quibus dialectica Platonis systematis principia continentur.

Acerrimi harum sententiarum defensores nuper exstiterunt: Schleiermacher (Plato's Werke I. Thl. II. Bd. S. 83 u. ff.).

Hegel (Vorlesungen über die Geschichte der Philosophie II. Bd. S. 202 u. ff.).

Zeller (Platonische Studien. Abhandlg. II. S. 69. ff. - Die Philosophie der Griechen. Th. II. S. 201. ff. u. Anhang S. 346 u. ff.).

Sed jam ipsi videamus, quaerum ex his sententiis appareat vera.

Pars prima.

In prima Parmenidis parte contraria deteguntur quibus idea Platonica sit affecta. Cujus doctrinam Plato primum opponit cum Eleatis omnia unum esse dicentibus tum Zenoni neganti quae sint omnino posse multa esse, quippe quae similia atque dissimilia itaque sibi ipsis contraria esse oporteat. Has quidem difficultates, in quas Eleatica philosophia incidit, discrimine motuque ablato, Plato eo studet tollere, quod praedicata illa contraria a rerum nexu remota ipsa per se ipsa intelligenda statuit. Itaque quae modo rebus attributa sunt jam notionum vel idearum speciem accepisse videntur. Quae cum ita in notionum formas sint redacta, cum rebus multis non esse conjuncta videntur, nisi communionis vinculo quodam, quo quae utique multa vocamus ideis participant. Quod si multa, quia similitudine participant, similia, quia dissimilitudine dissimilia, quia utrorumque participia sunt similia et dissimilia inter sese sunt, jam nihil est, quod sibi repugnare videantur.[1]

---

p. 129 A. [1] τὰ μὲν τῆς ὁμοιότητος μεταλαμβάνοντα ὅμοια γίγνεσθαι ταύτῃ τε καὶ κατὰ τοσοῦτον ὅσον ἂν μεταλαμβάνοι τὰ δὲ ἀνομοιότητος ἀνόμοια, τὰ δὲ ἀμφοτέρων ἀμφότερα.

bilissimis quidem exceptis, ut θρίξ, πηλός, ῥύπος, in idearum communitate sint comprehensae.[6]

Hac quaestione jam via quasi parata est ad alteram, qua ratio ipsa quaenam sit inter ideas et res externas proponitur. Quae quidem ratio adhuc in eo posita est, quod ideis res mundanae participant. Quaeritur nunc, quomodo illa participandi ratio, quam Plato μετάληψιν vocat, accuratius sit cogitanda?

Si quid enim speciei particeps fiat dubium est, utrum totam speciem an partem accipiat? Jam igitur illa participandi ratio exhausta videtur, quoniam praeter istos participandi modos alius inveniri nequit.[7]

Si quis autem primam quaestionis partem excogitaverit absurda quaedam effici non negabit. Nam si idea una eademque tota multis et discretis rebus inest, ipsa a se ipsa seorsum existat necesse est.[8] Unde sequitur ideam suae ipsius naturae, quae sit una atque tota, repugnare.

Si autem fieri nequit ut idea una atque tota rebus singulis insit, hoc tantum restat, ut divisibiles ideae supponantur, quibus si quid participet partem ideae capiat, ita ut

---

p. 6 Ἦ καὶ περὶ τῶνδε ὦ Σώκρατες ἃ καὶ γελοῖα δόξειεν
130 ἂν εἶναι, οἷον θρὶξ καὶ πηλὸς καὶ ῥύπος ἢ ἄλλο
C. τι ἀτιμότατόν τε καὶ φαυλότατον, ἀπορεῖς εἴ τι χρὴ
φάναι καὶ τούτων ἑκάστου εἶδος εἶναι χωρίς, ὂν ἄλλο
αὐτῶν, ὧν ἡμεῖς μεταχειριζόμεθα, εἴτε καὶ μή.

p. 7 Οὐκοῦν ἤτοι ὅλου τοῦ εἴδους ἢ μέρους ἕκαστον τὸ μετα-
131 λαμβάνον μεταλαμβάνει· ἢ ἄλλη τις ἂν μετάληψις
A. χωρὶς τούτων γένοιτο; καὶ πῶς ἄν; εἶπε· Πότερον οὖν
δοκεῖ σοι ὅλον τὸ εἶδος ἐν ἑκάστῳ εἶναι τῶν πολ-
λῶν ἓν ὄν, ἢ πῶς;

8 Ἓν ἄρα ὂν καὶ ταυτὸ ἐν πολλοῖς καὶ χωρὶς οὖσιν
B. ὅλον ἅμα ἐνέσται καὶ οὕτως αὐτὸ αὑτοῦ χωρὶς ἂν εἴη.

unicuique multarum rerum aliqua ideae pars immaneat. [9] Tum vero sequatur necesse est ipsam ideam esse divisam atque totius vim et naturam partibus tolli. [10] Nam magna si partiaris parva fiunt, parva magna, aequalia inaequalia.

Quo quidem modo sane nihil aliud probatum est, nisi quae intercedat ratio inter totum et partes, eam contrariis iisdem obnoxiam fieri, quibus implicata sit quantitatis natura. Cum autem quae ratio intercedit inter totum et partes ea quantitatis notione omnino non vere tangatur, cur quaeso hujus contraria illi rationi attribuuntur? Hoc quidem justo celerius effectum esse videtur.

Sed jam e disputatione nostra apparet: res multas ideis neque secundum totas neque secundum partes posse participare. [11]

Sicut idea si totam divisamque intellexeris in quantitatis contraria incurrit, ita fieri nequit, ut singulae ideae praeter res multas intelligi possint verae unitates. Nam si una quaedam idea per omnia respicienti genus tibi esse videbitur, unde alia quae sunt derivari velis, apparebit ideam unamquamque si cum rebus multis comparaveris jam non esse unam sed numero potius infinitam. [12] Tantum enim abest ut idea, quae sit generalis quaedam unitas res

---

p. 131 C. [9] Μεριςὰ ἄρα ἔςιν αὐτὰ τὰ εἴδη, καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν μέρȣς ἂν μετέχοι καὶ ȣ̓κέτι ἐν ἑκάςῳ ὅλον, ἀλλὰ μέρος ἑκάςῳ ἂν ἐνείη·

C. [10] Ἦ οὖν ἐθελήσεις, φάναι τὸ ἓν εἶδος ἡμῖν τῇ ἀληθείᾳ μερίζεσθαι, καὶ ἔτι ἓν ἔςαι; ff.

D. [11] Τίνα οὖν τρόπον τῶν εἰδῶν σοι τἄλλα μεταλήψεται, μήτε κατὰ μέρη, μήτε κατὰ ὅλα μεταλαμβάνειν δυνάμενα;

p. 132 B. [12] Καὶ οὐκέτι δὴ ἓν ἕκαςόν σοι τῶν εἰδῶν ἔςαι, ἀλλ᾽ ἄπειρα τὸ πλῆθος.

multas vere comprehendat, ut praeter se ipsam eas tanquam exclusas habeat. Quiddam igitur interest inter ideas et res. Unde efficitur ut ad altiora genera nitamur.

Itaque idea tantum abest ut genus unum absolutumque sit, ut suis finibus tanquam excedere atque numero infinita esse videatur. Atque haec quidem Unius multorumque repugnantia, qua non modo una sed etiam singulae ideae in infinitam multitudinem dirimantur, profecto fugi nequit, si ideas *atque* res externas tali ratione statui velis quali juxta sese sint positae.

Tum autem idea non modo una, sed ne idea quidem est quoniam non est unum atque commune genus. Talis enim idea jam non una juxta multa, sed vera potius atque generalis multorum unitas apparebit. Sed quamdiu in hac, quae vocatur *μετάληψις*, ratione utraque pars ipsa per se ipsam tanquam absoluta proponetur, idea etiam sibi ipsi repugnabit.

Jam vero patet, quo disputando pervenerimus. Constat enim, ideam per se ipsam neque unam totamque neque totam divisamque neque singulas ideas unitates cogitari posse. Quae difficultates cum non expediantur etiamsi idearum notiones nunquam esse nisi in animis nostris (*νοήματα*, 132. c) statueris, hoc restat unum, ut quae ratio intercedat inter ideas resque externas alio modo nobis constituenda esse videatur.

Primum dixerit quispiam ideas a repugnantia illa qua quidem affectae sint, facillime liberari posse, si ipsae per se ipsas ita constituuntur, ut tanquam exemplaria (*παραδείγματα*) in natura consistant, ad quae res externae tanquam simulacra (*ὁμοιώματα*) referantur. Tum vero cetera non aliter amplius ideis participant quam quod illis similia fiunt. Unde sequitur rationem quae inter ideas resque externas

intercedat, speciem tantum similitudinis (*τοῦ εἰκασθῆναι*) accepisse.[13]

Quidquid enim idearum rebus externis inest aliunde tanquam impressum atque extrinsecus illatum videtur. Sed ne hac quidem similitudinis ratione ad ideas resque multas adhibita, dialectica illa repugnantia, quae nobis jam supra occurrit, est vere rejecta. Fac enim ideas resque multas inter sese similes esse. Nonne notionem quandam ab utrisque spectari oportebit, qua similia inter sese conjuncta sint atque adunata?

Ratio enim similitudinis cogitari nequit nisi unius ejusdem ideae simile particeps est, cujus et illud, cui simile sit.[14] Non igitur quidquam ideae simile esse potest, neque idea alteri. Nam si quis ideas sive inter sese sive ad aliud quoddam similitudinis ratione retulerit, jam fieri nequit quin in progressus infiniti aut multitudinis infinitae (*ἄπειρον*) repugnantiam incurrat.

Nam praeter ipsam ideam alia semper idea emerget, cui si quid simile sit, alia rursus neque unquam progressus ille cessabit quin nova idea semper occurrat, si idea rei, quae ipsa participet, similis sit.[15]

---

p. [13] *τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑστάναι*
132 *τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι καὶ εἶναι*
D. *ὁμοιώματα, καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγ-*
D. *νεσθαι τῶν εἰδῶν, οὐκ ἄλλη τις ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς.*

[14] *Τὸ δὲ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἆρ' οὐ μεγάλη ἀνάγκη ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ εἴδους μετέχειν;*

p. [15] *Οὐκ ἄρα οἷόν τέ τι τῷ εἴδει ὅμοιον εἶναι, οὐδὲ τὸ*
133 *εἶδος ἄλλῳ, εἰ δὲ μὴ παρὰ τὸ εἶδος ἀεί ἄλλο ἀνα-*
A. *φανήσεται εἶδος, καὶ ἂν ἐκεῖνό τῳ ὅμοιον ᾖ, ἕτερον αὖ, καὶ οὐδέποτε παύσεται ἀεὶ καινὸν εἶδος γιγνόμενον, ἐὰν καὶ τὸ εἶδος τῷ ἑαυτοῦ μετέχοντι ὅμοιον γίγνηται.*

Itaque nunc iisdem, quibus antea, laqueis captos et implicatos nos videmus neque aliud quidquam consecutos nisi ut in illa quantitatis contraria inciderimus, quae quam absurda sint non ignoramus.

Non ergo per similitudinem res externae ideis participant, sed alius quidam praeterea quaerendus est participandi modus.[16]

Ex iis autem quae jam disputata atque ex hac quaestione probata sunt, jam satis apparet quae ratio intercedat inter ideas resque externas eam neque qualitatis neque quantitatis neque similitudinis notionibus esse definiendam. Quae omnia in contraria incidit idea, quatenus ipsa per se ipsam rebus multis aliena erat tanquam abstracta atque separata. Nam in tali idearum separatione, qualem disputationi nostrae quasi praemissam habemus, haudscio an caussa lateat, ex qua difficultates nobis exortae sint.[17] Huc spectant quae praeterea de cognoscendis ideis disputantur. Ideas enim si quis a rebus externis plane sejunxerit, apparet a nobis neutiquam perspici atque cognosci posse. Nam quomodo tandem ideas perspicue intelligamus, quas non liceat ad animos nostros referre? Quae num sint necne nos quidem plane ignoramus, cum ita nobis nostrisque animis alienae sint, ut nullo intercedat ratio. Nam quod animis perspiciundum est, animis oportet etiam adsit.

Nunc vero ideae a nobis plane absunt. Neque enim quisquam dubitabit, quin ideae sensibus omnino alienae etiam

---

p. 133 A. [16] Οὐκ ἄρα ὁμοιότητι τἄλλα τῶν εἰδῶν μεταλαμβάνει, ἀλλά τι ἄλλο δεῖ ζητεῖν ᾧ μεταλαμβάνει.

[17] Ὁρᾷς οὖν ὅση ἡ ἀπορία, ἐάν τις ὡς εἴδη ὄντα αὐτὰ καθ᾽ ἑαυτὰ διορίζηται.

animos fugiant. Nam nihil est in intellectu, quod non ante fuerit in sensu. [18]

Nisi vero ideae a nobis cognosci queunt omne omnino vinculum, quo cum rebus externis conjunctae sint, solutum esse videtur. Itaque idearum et rerum mundi nulla ratione inter sese communicant. Nam ideae se ipsas invicem respiciunt, nec ullo modo pertinent ad ea, quae circa nos sunt, atque haec quamvis illis aequivoca (*ὁμώνυμα*) videntur nonnisi ad se ipsa referri possunt. [19] Idearum solitudo atque rerum multitudo nihil habent commune.

Quibus expositis in promptu est, nostram quidem cognitionem specie quadam rerum impleri, neque certam veri notionem consequi. Nostra enim scientia tantum abest, ut omnino notiones et generum et specierum comprehendat, ut res modo, quae oculis occurrant, assequi queat. [20] Ita-

---

p. [18] *εἴ τις φαίη μηδὲ προσήκειν αὐτὰ γιγνώσκεσθαι*
133 *ὄντα τοιαῦτα οἷά φαμεν δεῖν εἶναι τὰ εἴδη, τῷ*
B. *ταῦτα λέγοντι οὐκ ἂν ἔχοι τις ἐνδείξασθαι, ὅτι ψεύδεται,*
C. *Ὅτι, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ἂν καὶ σὲ καὶ ἄλλον, ὅστις*
αὐτήν τινα καθ᾽ αὑτὴν αὐτοῦ ἑκάστου οὐσίαν τίθε-
ται εἶναι, ὁμολογῆσαι ἄν, πρῶτον μὲν μηδεμίαν
αὐτῶν εἶναι ἐν ἡμῖν.
[19] *Οὐκοῦν καὶ ὅσαι τῶν ἰδεῶν πρὸς ἀλλήλας εἰσίν αἵ*
εἰσιν, αὗται πρὸς αὑτὰς τὴν οὐσίαν ἔχουσιν, ἀλλ᾽
D. *οὐ πρὸς τὰ παρ᾽ ἡμῖν εἴτε ὁμοιώματα, εἴτε ὅπῃ*
δή τις αὐτὰ τίθεται, ὧν ἡμεῖς μετέχοντες εἶναι
ἕκαστα ἐπονομαζόμεθα· τὰ δὲ παρ᾽ ἡμῖν ταῦτα
ὁμώνυμα ὄντα ἐκείνοις αὐτὰ αὖ πρὸς αὑτά ἐστιν,
ἀλλ᾽ οὐ πρὸς τὰ εἴδη, καὶ ἑαυτῶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐκείνων
ὅσα αὖ ὀνομάζεται οὕτω.
cf. p. 133. E. sub. fin.
p.
134 [20] *Οὐκοῦν καὶ ἐπιστήμη, αὐτὴ μὲν ὃ ἔστιν ἐπιστήμη,*
A. *τῆς ὃ ἔστιν ἀλήθεια, αὐτῆς ἂν ἐκείνης εἴη*

que nosmet ipsi ab ideis plane separati sumus nec ulla via ad eas accedere possumus.[21]

Si autem ideae nonnisi ab ipsa scientia neque a nobis, qui ipsius scientiae omnino expertes simus, cognosci possunt,[22] inter Deos hominesque certi fines atque termini constituti sunt, quos non cuiquam superare liceat.[23]

Dii enim ipsa scientia praediti atque mera veritate imbuti nullo vinculo nobiscum conjuncti sunt. Neque nos quidem ullam vim ad res divinas habemus ita ut Diis veritas, opinio autem nostra sit. Quae cum ita sint, merito dubitaverit quispiam, num ideae omnino inveniantur. Nam si sint cur hominum animos fugere videntur?[24] Inde enim sequitur humana mente jam non res singulas atque externas superari neque ad genera rerum atque notiones

---

ἐπιστήμη; Ἑκάστη δὲ αὖ τῶν ἐπιστημῶν, ἣ ἔστιν, ἑκάστου τῶν ὄντων, ὃ ἔστιν, εἴη ἂν ἐπιστήμη·
Ἡ δὲ παρ' ἡμῖν ἐπιστήμη οὐ τῆς παρ' ἡμῖν ἂν ἀληθείας εἴη, καὶ αὖ ἑκάστη ἡ παρ' ἡμῖν ἐπιστήμη τῶν
21 παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνοι εἶναι; Ἀλλὰ μὴν αὐτά γε τὰ εἴδη, ὡς ὁμολογεῖς, οὔτε ἔχομεν, οὔτε παρ' ἡμῖν οἷόν τε εἶναι.

p. 134 B. 22 Γιγνώσκεται δέ γέ που ὑπ' αὐτοῦ τοῦ εἴδους τοῦ τῆς ἐπιστήμης αὐτὰ τὰ γένη ἃ ἔστιν ἕκαστα; Ναί. Ὅ γε ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν; Οὐ γάρ. Οὐκ ἄρα ὑπό γε ἡμῶν γιγνώσκεται τῶν εἰδῶν οὐδὲν, ἐπειδὴ αὐτῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχομεν.

23 cf. p. 134. D. E.

E. p. 135 A. 24 Ταῦτα μέντοι καὶ ἔτι ἄλλα πρὸς τούτοις πάνυ πολλὰ ἀναγκαῖον ἔχειν τὰ εἴδη, εἰ εἰσὶν αὗται αἱ ἰδέαι τῶν ὄντων καὶ ὁριεῖταί τις αὐτό τι ἕκαστον εἶδος, ὥστε ἀπορεῖν τε τὸν ἀκούοντα καὶ ἀμφισβητεῖν, ὡς οὔτε ἔστι ταῦτα, εἴτε ὅτι μάλιστα εἴη, πολλὴ ἀνάγκη αὐτὰ εἶναι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἄγνωστα. κ. τ. λ.

accedi posse. Nam si quis rerum ideas auferat neque uniuscujusque rei ipsam ideam distinguat, haud sane reperiet, quo convertat intelligentiam itaque differendi etiam facultatem funditus subvertet. Nullis enim ideis nihil est cur cogitemus. Itaque philosophia cum dialectica arte tollitur.[25]

Sed hoc loco paucis repetamus quae jam disputata atque effecta habemus, quo ad alteram Parmenidis partem apta via progrediamur. Haec igitur nobis adhuc disputata sunt. Philosophia, si repugnantiam, quae multitutidinis notioni insit, fugere velit, ideas statuere coacta est. Quae vero ratio intercedat inter ideas et res multas ea neque ex qualitate neque ex quantitate neque ex similitudinis ratione definiri potuit. Itaque ideae a rebus externis plane disjungendae esse videbantur. Quas cum separatam nescioquo loco vitam degant, adhuc a nobis perspici posse, quis est qui contendat? Fac igitur philosophos non minus quam alios homines de principiis rerum celari, quid tandem philosophia desiderabit? Metus est, ne plane nobis evanescat tanquam res vana atque inanis.

Qua in sententia cum philosophus acquiescere nequeat, jam accuratius in dialogo nostro de idearum dignitate disputabitur. Neque ulla alia quaestio explicanda atque expediunda proponitur nisi quomodo repugnantia illa, qua ipsa philosophia implicata sit, removeatur. Nam philosophia sua

---

p. 135 B. [25] Ἀλλὰ μέντοι, εἰ δή γέ τις, ὦ Σώκρατες, αὖ μὴ ἐάσει εἴδη τῶν ὄντων εἶναι εἰς πάντα τὰ δὴ νῦν καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀποβλέψας, μηδὲ ὁριεῖται εἶδος ἑνὸς ἑκάστου, οὐδὲ ὅποι τρέψει τὴν διάνοιαν ἕξει, μὴ ἐῶν ἰδέαν τῶν ὄντων ἑκάστου τὴν αὐτὴν ἀεὶ εἶναι, καὶ οὕτω τὴν τοῦ διαλέγεσθαι δύναμιν παντάπασι διαφθερεῖ.

ipsius natura ad idearum notiones progredi coacta, tamen exortam illam idearum rerumque separationem superare nescia jam ipsa de se ipsa desperare debebat. Ut autem hanc dissolvamus repugnantiam, quippe qua ipsius philosophiae res agatur, duplex quaestio instituenda videtur. Hae duae quaestiones ita inter sese colligatae sunt, ut altera veram philosophandi artem proferat, qua sola omnia omnino contraria disputari atque dissolvi possint, altera autem ad certam illam atque definitam oppositionem referatur, in qua Platonicae metaphysices principia versentur. Nam si quis contraria metaphysica inter sese reconciliare velit, haud expers esse debet logicae atque formalis viae, qua solummodo contraria vere disputari possint.

Primum igitur formalis philosophandi ratio aut ars dialectica ita excolenda esse videtur, ut solvendae alteri quaestioni sufficiat, in qua prima Parmenidis pars tanquam in cardine versatur. Jam proponamus veram, quae dialectica vocatur, philosophandi methodum ad contraria inter sese reconcilianda. Cujus dialecticae artis lege hoc potissimum praecipitur, ut non modo, si est aliquid, supponas ac deinde quae proveniant consideres, verum etiam, si non sit, id ipsum supponas quaeque inde proveniant consideres. Ut igitur idem aliis verbis repetam, dialectica illa ratio in eo posita est, quod et thesis et antithesis perspicue excoluntur ita quidem ut iis, quae utrimque proveniunt, expositis et in utramque partem relatis quidquid in praemissis latet distincte atque accurate explicatur.[26] Si quis enim

---

p. 136 A. [26] χρὴ δὲ καὶ τόδε ἔτι πρὸς τȣ́τῳ ποιεῖν, μὴ μόνον εἰ ἔςιν ἕκαςȣ, ὑποτιθέμενον σκοπεῖν τὰ συμβαίνοντα ἐκ τῆς ὑποθέσεως, αλλὰ καὶ, εἰ μὴ ἔςι τὸ αὐτὸ τȣ̃το, ὑποτίθεσθαι, εἰ βȣ́λει μᾶλλον γυμνασθῆναι.

clare perspexerit, quae ex utraque parte in utramque contingant, hac dialectica, quam ingressus est, via **quomodo altera ad alteram relata sit**, manifesto edocebitur.

Nam si utramque partem oppositam accurate explicaverimus, jam non timeo, ne sententia nostra **dogmatis** quasi cujusdam speciem accipiat. Omnibus enim argumentis nobis probata esse videtur sententia, quae omnibus contrariis explicatis superatisque statuitur. Hac quidem ratione dijudicare nobis licet, num contraria inter sese reconciliari possint an se invicem tollant.

Ideae igitur quomodo et ad res externas et ad ipsas referantur, ex hac methodo disputabitur.[27]

In altera Parmenidis parte hanc disputandi rationem applicari videmus, qua Unius Multorumque natura inquiratur.[28]

---

p. 136 A. [27] *Οἶον, ἔφη, εἰ βȣ́λει περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ἣν Ζήνων ὑπέθετο, εἰ πολλά ἐςι, τί χρὴ συμβαίνειν καὶ αὐτοῖς τοῖς πολλοῖς πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς τὸ ἕν, καὶ τῷ ἑνὶ πρός τε αὑτὸ καὶ πρὸς τὰ πολλὰ, καὶ αὖ εἰ μὴ ἔςι πολλὰ, πάλιν σκοπεῖν, τί συμβήσεται καὶ τῷ ἑνὶ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς*
B. *ἄλληλα, καὶ αὖθις αὖ ἐὰν ὑποθῇ, εἰ ἔςιν ὁμοιότης ἢ εἰ μὴ ἔςι, τί ἐφ' ἑκατέρας τῆς ὑποθέσεως συμβήσεται καὶ αὐτοῖς τοῖς ὑποτεθεῖσι καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα· καὶ περὶ ἀνομοίȣ ὁ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ κινήσεως καὶ περὶ ςάσεως καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ περὶ αὐτȣ̃ τȣ̃ εἶναι καὶ τȣ̃ μὴ εἶναι. κ. τ. λ.*
C. *-καὶ τὰ ἄλλα αὖ πρὸς αὑτάτε καὶ πρὸς ἄλλο ὅτι ἂν ἀεὶ προαιρῇ, ἐάν τε ὡς ὂν ὑποθῇ ὃ ὑπετίθεσο, ἐάν τε ὡς μὴ ὄν, εἰ μέλλεις τελέως γυμνασάμενος κυρίως διόψεσθαι τὸ ἀληθές.*

p. 137 B. [28] *-ἢ βȣ́λεσθε, ἐπειδήπερ δοκεῖ πραγματειώδη παιδιὰν παίζειν, ἀπ' ἐμȣ̃ ἄρξωμαι καὶ τῆς ἐμαυτȣ̃ ὑποθέσεως, περὶ τȣ̃ ἑνὸς αὐτȣ̃ ὑποθέμενος, εἴτε ἕν ἐςιν, εἴτε μὴ ἕν, τί χρὴ συμβαίνειν;*

Quaeritur nunc, num his notionibus tali modo explicandis nil nisi sola methodus amplificetur, atque tanquam in illis exempli causa propositis exerceatur, an notiones Unius Multorumque non tam methodo quam ipsis notionibus exempla inserviant, quibus exemplis ceterae notiones examinentur, an denique illae Unius Multorumque notiones ipsae per se ipsas summum finem disputationi praebeant? Ex hac quaestione dijudicabitur quae ratio inter dialogi primam et alteram partem intercedat. Nam si Schleiermacherum sequimur, qui quam methodum prima pars statuerit altera parte probatam esse putat, proprius et peculiaris, quem Parmenides assequitur, finis in exercitanda methodo versatur, neque aliud quidquam ad veritatem perspiciundam affertur nisi sola cogitandi exercitatio (γυμνασία).

Tum vero tantum abest ut duae partes dialogi vinculo quodam interno atque necessario inter sese cohaereant, ut altera alteri plane externo modo adhaerere videatur. Arctius igitur utriusque partis vinculum altera sententia nobis praebetur cujus H e g e l i u m autorem laudamus. His enim notionibus Unius Multorumque exemplis omnium notionum naturam explicandam esse arbitratur.[29] At si illas Unius Multorumque notiones vel ad methodum vel ad ceteras notiones exempla valere velis, dialectica utriusque partis ratio neutiquam statui potest. Quae quidem tum demum vera apparet, cum quam quaestionem prima pars propositam et contrariis implicatam reliquit, eam altera parte expositam et dialectice explicatam esse probavimus. Illa igitur quaestio, in qua tanquam in cardine primae partis disputationes versantur, ad idearum rerumque rationem pertinet, quae ratio metaphysice ad U n i u s

[29] Hegel, Gesch. der Philos. II. p. 205.

Multorumque notiones reducenda esse videtur. Nam si idea talis accipiunda sit, ut multorum unitas appareat et multa discreta in se ipsa tanquam uno eodemque genere comprehendat, Unius notio non tam exemplum ideae, quam logicum omnium idearum principium valere esse videtur.

Haec quidem Unius notio cum omnes ideas in se tanquam potentialiter contineat, ipsa est pura atque abstracta idea. Quaecunque contraria in prima parte nobis exorta atque exposita sunt, ad ea contraria, quibus Unius Multorumque notiones implicatae sint, tanquam ad fontem et principium suum recurrunt. Quae contraria in Unius Multorumque notionibus latent, ea exponere quidem prima pars potuit, expedire non item. Sed postremo ars dialectica tanquam via demonstratur, qua recta ad quaestionem illam dissolvendam ducamur.

Jam igitur Zelleri vestigia prementes alteri Parmenidis parti hanc caussam propositam praedicamus, ut secundum dialecticam, quam supra significavimus, methodum Unius Multorumque notiones inquirantur.

Ita enim apparebit, num contraria, quibus illae notiones affectae sint, evinci possint necne. Quae ratio inter Unum Multaque intercedat, eandem ad cetera omnia contraria valere necesse est. Itaque hac notiones summam habent vim in Platonica idearum doctrina.

Sunt ceterum sub finem primae partis loci quidam, ubi methodus philosophica tanquam formalis exerecndi ratio significatur [31] et ad illustrandam eam Unius Multorumque no-

---

[30] Zeller, platonische Studien. p. 167. Gesch. der griech. Philos.
[31] cf. p. 136. A.

tiones quasi exempla afferuntur.[32] Sed infirmiores sunt, quam qui dialogi nexum dissolvant; ut hoc plane praetermittamus, quod dialectica Platonis methodus, quippe quae per se jam veritatem petat[33] neque ut sola cogitandi exercitatio accipi, neque exemplis aliunde promtis illustrari potest.

Sed jam tempus est quae ex primae partis auspiciis tanquam vaticinati sumus, altera parte explicanda atque *inquirenda* firmiter stabilire.

---

[32] cf. p. 137. B. 136. A.
[33] cf. p. 136. C.

Pars altera.

Ne in alterius partis dialectico, quem ingredimur, labyrintho aberremus, placet quam qualemque viam permetiamur paucis exponere. Hac quidem ratione certum inoffensumque cursum nobis parare videmur sperantes fore ut ventis secundis plegades securi vitantes fortunatarum insularum portus assequamur. Altera pars, ut jam supra disputavimus, omnino hoc egit, ut ars dialectica ad notiones Unius Multorumque applicetur.[34]

Sed notiones dialectice examinandae primum tanquam hypotheticae exhibentur atque supponuntur ita ut, num verae sint an falsae, nonnisi perfecta quaestione eluceat. Atque hujus alterius partis ratio postulat, ut duae excitentur quaestiones:

I. Quid sequitur si unum esse supponitur?

II. Quid sequitur, si non unum esse supponitur?

Quum vero quae ex utraque parte utrisque contingant explicentur necesse sit, dialectica nostra diputatio in utraque notione ita instituenda esse videtur, ut duos ordines percurrat. Namque Unius et Multorum notiones, si rite explicare velis, ita inquirendae sunt, ut utraque notio duabus et contrariis conditionibus explicetur. Quaeras igitur, quid

---

[34] p. 137. B.

uni contingat, si est et non est atque quid multa patiantur, si sunt et non sunt. Itaque tota, qua Unius Multorumque notiones exponantur, disputatio his quattuor partibus constituitur:

I. Si unum est, quid contingit
A. Uni ipsi?
B. non Uni?
II. Si unum non est, quid contingit
A. Uni ipsi?
B. non Uni?

Quibus in suppositis notionibus cum contraria lateant et in uno, quod est, et in uno, quod non est per se sequitur, omnibus illis contrariis accurate explicatis, antinomias oriri, quibus quidquid ex una parte affirmetur negetur ex altera. Itaque disputationis nostrae partes his fere antinomiis significari possunt. Videbimus enim

I. Si unum sit, et ipsi Uni et non Uni contraria sequi.
II. Si unum non sit, in utramque partem idem valere ita ut et ipsi Uni et non Uni pariter contraria contingant.

I. Antinomia.[35]

Si unum est, quid contingit uni ipsi?

Thesis.[36]

Unum si est nullo modo poterit esse multa.[37] Quod si multis omnino vacat, totius speciem pariter fugere debet

---

[35] p. 137. C. - 155. E.
[36] p. 137. C. - 142, A.
[37] cf. p. 137. C. - εἰ ἕν ἐϛιν, ἄλλο τι ȣ̓κ ἂν εἴη πολλὰ τὸ ἕν; Πῶς γὰρ ἄν; κ. τ. λ.

atque partium multitudinem. Nam in toto tanquam latet multitudo, in partibus autem exstat. Cum igitur multa nobis plane prohibenda sint ab uno, jam caveamus, ne multitudo alicunde inducatur. Ergo uni non licebit neque toti esse neque diviso.[38]

Quae cum ita sint, unum neque principium neque finem neque medium habebit Quae si quis in uno discernere vellet, nonne tibi unum ipsum distribuere videretur?[39]

Nullis autem finibus unum etiam figuram fugiat necesse est. Neque igitur rotundi neque recti formam accipere poterit, cum in utrisque formis quasi ratio quaedam pateat inter medium atque extrema.[40]

Unum igitur, cum nullas habeat partes, et infinitum et absque figura esse oportet. Tale autem unum neque in alio, neque in se ipso esse potest, nam si in alio esset, circulo quodam ab eo, in quo esset, concluderetur passimque ab illo tangeretur, unde ipsi Uni et partium multitudo et rotundi figura accideret (*τοῦ δὲ ἑνός τε καὶ ἀμεροῦς καὶ κύκλου μὴ μετέχοντος ἀδύνατον πολλαχῇ κύκλῳ ἅπτεσθαι*); sin in se ipso esset, ipsum se ipsum complecteretur itaque alterum esset ut comprehendens, alterum ut comprehensum. Tum vero unum jam non ipsum esset, sed duo.[41]

---

p. [38] *Οὔτε ἄρα μέρος αὐτοῦ οὔτε ὅλον αὐτὸ δεῖ εἶναι.*
137 [39] *Οὐκοῦν εἰ μηδὲν ἔχει μέρος, οὔτ' ἀρχὴν οὔτε τελευτὴν*
C. *οὔτε μέσον ἔχει· μέρη γὰρ ἂν ἤδη αὐτοῦ τὰ τοι-*
D. *αῦτα εἴη.*
E. [40] *Ἄπειρον ἄρα τὸ ἓν εἰ μήτε ἀρχὴν μήτε τελευτὴν ἔχει. Καὶ ἄνευ σχήματος ἄρα· οὔτε γὰρ ἂν στρογγύλου οὔτε εὐθέος μετέχοι.*
p. [41] *Καὶ μὴν τοιοῦτόν γε ὂν οὐδαμοῦ ἂν εἴη· οὔτε γὰρ ἐν*
138 *ἄλλῳ οὔτε ἐν ἑαυτῷ εἴη. Πῶς δή; Ἐν ἄλλῳ μὲν ὂν*
A. *κύκλῳ που ἂν περιέχοιτο ὑπ' ἐκείνου, ἐν ᾧ ἂν εἴη, καὶ πολλαχοῦ ἂν αὐτοῦ ἅπτοιτο πολλοῖς· τοῦ δὲ ἑνός τε καὶ*

Quod vero neque in alio neque in se ipso est, **nusquam est.**[42]

Unum cum hujusmodi sit, neque **stare** neque **moveri** posse apparet, quippe quod et in statu et in motu suae ipsius naturae repugnare videatur.

Quidquid enim moves aut fertur aut mutatur. Nam motus soli sunt aut **loci** aut **qualitatis** mutatio (*φέρεσθαι ἢ ἀλλοιοῦσθαι*).[43] Si igitur unum ex eo, quod est, *alterum* fiat, non amplius unum esse luce clarius apparet. Itaque unum *κατ᾽ ἀλλοίωσιν* moveri nequit.[44] Neque etiam fieri potest, ut unum ipsum loco feratur, quod si pateretur, aut in eodem motu sphaerico circumferretur, aut locum etiam alium ex alio mutaret.[45]

Sed in his utrisque motibus inest quaedam partium multitudo. Nam in motu sphaerico centrum et partes periphericas ita discerni oportet, ut si quid circulo circumferatur, in **medio** quasi consistat atque alias sui ipsius partes, quae circa medium volvantur, habeat.[46]

ἀμεροῦς καὶ κύκλου μὴ μετέχοντος ἀδύνατον πολλαχῇ κύκλῳ ἅπτεσθαι.
cf. q. s. 138. B.

42 cf. p. 138. A.

p. 138 43 *Ὅτι κινούμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν· αὗται*
B. *γὰρ μόναι κινήσεις.*

C. 44 *Ἀλλοιούμενον δὲ τὸ ἓν ἑαυτοῦ ἀδύνατόν που ἓν ἔτι που εἶναι. Οὐκ ἄρα κατ᾽ ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.*

45 *Καὶ μὴν εἰ φέροιτο τὸ ἕν, ἤτοι ἐν τῷ αὐτῷ ἂν περιφέροιτο κύκλῳ, ἢ μεταλλάττοι χώραν ἑτέραν ἐξ ἑτέρας.*

46 *Οὐκοῦν κύκλῳ μὲν περιφερόμενον ἐπὶ μέσου βεβηκέναι ἀνάγκη, καὶ τὰ περὶ τὸ μέσον φερόμενα ἄλλα μέρη ἔχειν ἑαυτοῦ·*

Sed locis mutandis unum ita movetur, ut alias alibi inveniatur, cujus motus natura non solum, id quod jam redargutum est, ut unum alicubi sit, sed hoc etiam absurdius postulat, ut aliquo veniat.[47] Quae loci mutationes quam absurdae sint jam inde apparet, quod unum si quo veniat neque in hoc loco, quem demum petat, versatur, neque extra illum locum, quem jam ingrediatur, prorsus exstat.[48]

Quam quidem repugnantiam unum, nisi totum divisumque est, effugere nequit. Nam hac sola conditione fieri potest, ut unum idemque simul in aliquo loco sit et non sit. Quod enim nullis partibus constat, nunquam in ullo loco totum esse ac totum simul abesse poterit.[49]

Unum vero talem neque totum neque divisum loci mutationem subire nequit.[50]

Inde sequitur unum cujus naturae et loci et qualitatis mutatio repugnet, secundum quemlibet motum esse immobile.[51]

---

p. 138 D. 47 *Ἀλλὰ δὴ χώραν ἀμεῖβον ἄλλοτ᾽ ἄλλοθι γίγνεται καὶ οὕτω κινεῖται; Οὐκοῦν εἶναι μέν που ἔν τινι αὐτὸ ἀδύνατον ἐφάνη; Ναί. Ἆρ᾽ οὖν γίγνεσθαι ἔτι ἀδυνατώτερον;*

48 *Εἰ ἔν τῳ τι γίγνεται, οὐκ ἀνάγκη μήτε πω ἐν ἐκείνῳ εἶναι ἔτι ἐγγιγνόμενον, μήτ᾽ ἔτι ἔξω ἐκείνου παντάπασιν, εἴπερ ἤδη ἐγγίγνεται;*

E. 49 *Εἰ ἄρα τι ἄλλο πείσεται τοῦτο, ἐκεῖνο ἂν μόνον πάσχοι, οὗ μέρη εἴη· τὸ μὲν γὰρ ἄν τι αὐτοῦ ἤδη ἐν ἐκείνῳ, τὸ δὲ ἔξω εἴη ἅμα. Τὸ δὲ μὴ ἔχον μέρη οὐχ οἷόν τε που ἔσται τρόπῳ οὐδενὶ ὅλον ἅμα μήτε ἐντὸς εἶναί τινος μήτε ἔξω.*

50 *Οὗ δὲ μήτε μέρη εἰσὶ μήτε ὅλον τυγχάνει ὄν, οὐ πολὺ ἔτι ἀδυνατώτερον ἐγγίγνεσθαί που, μήτε κατὰ μέρη μήτε ὅλον ἐγγιγνόμενον;*

p. 139 A. 51 *Οὔτ᾽ ἄρα ποι ἰὸν καὶ ἔν τῳ γιγνόμενον χώραν ἀλλάττει, οὔτ᾽ ἐν τῷ αὐτῷ περιφερόμενον οὔτε*

Neque vero quietum est immobile unum. Quod enim quiescit in uno eodemque loco tanquam fixum esse videtur. Cum autem unum omnino nusquam inveniatur, ne in uno eodemque quidem loco consistere potest.[52] Itaque ipsum unum neque stare neque moveri videtur.[53]

Praeterea autem unum cum a se ipso nullo modo differre possit, ejusdem pariter atque diversi naturam (das Wesen der Identität und der Verschiedenheit) a se removeri jubet. Unum igitur neque alteri neque sibi ipsi idem, neque a se ipso neque ab alio quodam diversum est.[54] Nam si unum a se ipso distaret, alteri idem fieret. Tum vero alterum esset neque unum. Ergo neque alteri idem, neque, id quod eandem vim habet, a semet ipso diversum esse potest.[55] Quae igitur supra statuta sunt, ex una parte probavimus.

Ex altera parte unum neque ab altero diversum, neque sibi ipsi idem est. Neque enim ab altero diversum esse potest, cum diversitatis forma in Unius notionem omnino non cadat. Diversitas enim, quippe qua alia ad alia referantur, soli Multorum notioni congruit.[56]

Neque vero sibi ipsi unum idem est, cum ejusdem

ἀλλοιούμενον. Κατὰ πᾶσαν ἄρα κίνησιν τὸ ἓν ἀκίνητον.

p. 139 B. [52] Ἀλλὰ μὴν τόγε μηδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ ὂν οὔτε ἡσυχίαν ἄγει, οὔτε ἕστηκεν.

[53] Τὸ ἓν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οὔτε ἕστηκεν οὔτε κινεῖται.

[54] Οὐδὲ μὴν ταυτόν γε οὔτε ἑτέρῳ οὔτε ἑαυτῷ ἔσται, οὐδ' αὖ ἕτερον οὔτε αὐτοῦ οὔτε ἑτέρου ἂν εἴη.

C. [55] Ταυτὸν μὲν ἄρα ἑτέρῳ ἤ, ἕτερον ἑαυτοῦ οὐκ ἔσται.

[56] Ἕτερον δέ γε ἑτέρου οὐκ ἔσται, ἕως ἂν ᾖ ἕν. Οὐ γὰρ ἑνὶ προσήκει ἑτέρῳ τινὸς εἶναι, ἀλλὰ μόνῳ ἑτέρῳ ἑτέρου, ἄλλῳ δὲ οὐδενί.

natura (Identität) non sit ea, quae Unius natura.[57] Nam unum si idem alicui fiat, non unum efficitur. Ergo quiddam interest inter unum et idem, nam si unum atque idem inter sese convenirent, quoties quid idem fieret, unum quoque semper efficeretur, quotiesque unum semper et idem.[58] Quum vero Unius atque ejusdem notionibus promiscue uti non liceat, unum, quod sibi ipsi idem sit, non unum esse apparet.[59]

Itaque unum neque idem neque alterum aut sibi ipsi aut alteri esse potest.[60]

Quibus nixus argumentis philosophus unius naturam atque contraria explicaverit, ea jam accuratius perspiciamus, cum ad totam antinomiam, tum ad hanc thesin dijudicandam maxime valeant. Philosophus enim, quod duae notiones non ita inter sese congruunt, ut promiscue usurpari queant, eas omnino conjungi posse negat. Quoniam Unius et ejusdem notiones non eandem plane vim habeant, unum non sibi ipsi idem esse potest. Unde sane fit, ut neque determinatum neque ad alia relatum unum se prorsus intactum atque separatum exhibeat.

Quod cum tale sit, quale neque ad se ipsum, neque ad alia referre liceat, etiam similitudinis atque dissimili-

---

p. 139 [57] *Οὐδὲ μὴν ταυτὸν ἑαυτῷ ἔςαι. Οὐχ, ἥπερ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὕτη δήπου καὶ τοῦ ταυτοῦ.*

D. [58] *Ἀλλ᾽ εἰ τὸ ἓν καὶ τὸ ταυτὸν μηδαμῇ διαφέρει, ὁπότε τι ταυτὸν ἐγίγνετο, ἀεὶ ἂν ἓν ἐγίγνετο, καὶ ὁπότε ἓν, ταυτόν.*

[59] *Εἰ ἄρα τὸ ἓν ἑαυτῷ ταυτὸν ἔςαι, οὐχ ἓν ἑαυτῷ ἔςαι, καὶ οὕτως ἓν ὂν οὐχ ἓν ἔςαι.*

E. [60] *Οὕτω δὴ ἕτερόν γε ἢ ταυτὸν τὸ ἓν οὔτ᾽ ἂν αὑτῷ οὔτ᾽ ἂν ἑτέρῳ εἴη.*

tudinis notiones a se removet.[61] (Mit der Identität und Verschiedenheit schliesst das Eins auch die Begriffe der Aehnlichkeit und Unähnlichkeit von sich aus.) Si quid enim neque idem, neque alterum aut sibi aut alteri esse possit, jam non est, cui aut simile aut dissimile habeatur.[62] Ex quo sequitur unum neque simile, neque dissimile esse aut alteri aut sibimet ipsi.[63]

Praeterea unum, qua sit natura, neque aequale, neque inaequale vel sibi vel alteri esse potest.[64] Quod enim aequale est, totidem mensurarum est, quot et illud, cui aequale dicitur; inaequale non item. Nam aequale easdem, quas aliud, habet mensuras, inaequale autem diversas. Si quid igitur aut idem aut diversum omnino non est, ne mensuris quidem aut idem aut diversum esse potest. Quid quod unum, si mensuras in se comprehendat, etiam partium multitudinem complecti debet, quo quae prima quaestio probavit redarguantur?[65]

Sicut unum spatii, ita etiam temporis finibus non attingitur. Sicut aequalitate et similitudine omnino non affi-

---

p. 61 *Οὐδὲ μὴν ὅμοιόν τινι ἔςαι οὐδ᾽ ἀνόμοιον, οὔθ᾽*
139 *ἑαυτῷ οὔθ᾽ ἑτέρῳ.*
E. 62 *Ὅτι τὸ ταυτόν που πεπονθὸς ὅμοιον.*
p. *Τό γε μὴν ἕτερον πεπονθὸς ἢ ἑαυτοῦ ἢ ἄλλου*
140 *ἀνόμοιον ἂν εἴη ἢ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ, εἴπερ τὸ ταυτὸ*
A. *πεπονθὸς ὅμοιον.*
B. 63 *Οὔτε ἄρα ὅμοιον οὔτε ἀνόμοιον οὔθ᾽ ἑτέρῳ οὔτε ἑαυτῷ ἂν εἴη τὸ ἕν.*

64 *Καὶ μὴν τοιοῦτόν γε ὂν οὔτε ἴσον οὔτε ἄνισον ἔςαι οὔτε ἑαυτῷ οὔτε ἄλλῳ.*

65 *Ἴσον μὲν ὂν τῶν αὐτῶν μέτρων ἔςαι ἐκείνῳ, ᾧ ἂν ἴσον ᾖ.*
C. *Ἀλλὰ μὴν πλειόνων γε μέτρων ὂν ἢ ἐλαττόνων, ὅσωνπερ μέτρων, τοσούτων καὶ μερῶν ἂν εἴη, κ. τ. λ.*

citur, ita ne temporis quidem aequalitate et similitudine participat.[66]

Ergo negabimus unum neque junius neque senius neque aetate par aut ad se ipsum aut ad aliud referri.[67]

Quae cum ita sint, unum, quia tempori haud obnoxium fit, nunquam est.[68]

Itaque unum nullius temporis particeps neque praeteritum neque praesens neque futurum est.[69]

Tum vero unum, nisi tempora subit, ne essentia quidem participare potest.[70]

Si quid autem omninò non est, ne unum quidem esse videtur.[71]

Nam si esset, etiam essentia participaret. Ergo unum neque est, neque unum est.[72]

---

p. 140 C. 66 Ὅτι πȣ ἡλικίαν μὲν τὴν αὐτὴν ἔχον ἢ ἑαυτῷ ἢ ἄλλῳ ἰσότητος χρόνȣ καὶ ὁμοιότητος μεθέξει, ὧν ἐλέγομεν ȣ̓ μετεῖναι τῷ ἑνὶ, ȣ̓́τε ὁμοιότητος ȣ̓́τε ἰσότητος.

p. 141 A. 67 Οὐκ ἄρ' ἂν εἴη νεώτερόν γε ȣ̓δὲ πρεσβύτερον ȣ̓δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἔχον τὸ ἓν ȣ̓́τε αὑτῷ ȣ̓́τε ἄλλῳ.

68 Ἆρ' ȣ̓͂ν ȣ̓δὲ ἐν χρόνῳ τοπαράπαν δύναιτ' ἂν εἶναι τὸ ἓν, εἰ τοιȣ͂τον εἴη;

D. Οὐδὲ ἄρα χρόνȣ αὐτῷ μέτεστιν ȣ̓δ' ἔστιν ἔν τινι χρόνῳ.

E. 69 Εἰ ἄρα τὸ ἓν μηδαμῇ μηδενὸς μετέχει χρόνȣ, ȣ̓́τε ποτὲ γέγονεν ȣ̓́τ' ἐγίγνετο ȣ̓́τ' ἦν ποτε ȣ̓́τε νῦν γέγονεν ȣ̓́τε γίγνεται ȣ̓́τ' ἐστὶν ȣ̓́τ' ἔπειτα γενήσεται ȣ̓́τε γενηθήσεται ȣ̓́τ' ἔσται.

70 Ἔστιν ȣ̓͂ν ȣ̓σίας ὅπως ἄν τι μετάσχοι ἄλλως ἢ κατὰ τȣ́των τι; Οὐκ ἔστιν.

71 Οὐδαμῶς ἄρα τὸ ἓν ȣ̓σίας μετέχει. Οὐδαμῶς ἄρα ἐστὶ τό ἕν.

72 Οὐδ' ἄρα ȣ̔́τως ἐστὶν ὥστε ἓν εἶναι· εἴη γὰρ ἂν ἤδη ὂν καὶ ȣ̓σίας μετέχον· ἀλλ', ὡς ἔοικε, τὸ ἓν ȣ̓́τε ἕν ἐστιν ȣ̓́τε ἔστιν, εἰ δεῖ τῷ τοιῷδε λόγῳ πιστεύειν,

Quod cum tale habeatur, quali non quidquam attribui possit, neque **nominatur neque dicitur, neque opinione cogitatur neque cognoscitur neque sentitur.**[73]

Haec sunt, quibus thesis primae antinomiae finitur. Ac de industria nullum hujus nexus interjectum membrum, ne unum quidem neglexímus, quo qua via dialectica philosophus ab uno ad alterum descenderit quam accuratissime exponemus. Jam apparet, unde thesis nostra proficiscatur et ad quem exitum adducatur.

Nam exorsa ab uno, quod **esse** proponitur, acquiescit in **uno quod non esse** edocetur. Cui quidem dialecticae argumentationi meritam philosophiae laudem non denegabit, si quis quae in prima parte latuerint, in extrema ita producta esse perspexerit, ut cum initio, abs quo exeat ratiocinatio, finis, ad quem dirigatur, probe consentiat. Qnod dubitaverit quispiam num in hac disputatione nobis evenerit. Jam igitur videamus, num ex uno, quod esse statuimus, vere efficiatur illud quod negavimus unum. Quae quidem cum inter sese contraria potius quam consentanea videantur, jam vereor ne forte philosophus noster in **sophistae** suspicionem cadat. Erunt enim qui hanc disputationem sophismatum artibus magis quam argumentorum veritati tribuendam esse putent.

At mihi quidem in **uno quod multa prorsus fugiat, jam sane vero unum, quod nullum sit, latere videtur.**

---

p. 142 A. [73] *Ὃ δὲ μὴ ἔστι, τούτῳ τῷ μὴ ὄντι εἴη ἄν τι ἢ αὐτῷ ἢ αὐτοῦ; – Οὐδ' ὀνομάζεται ἄρα οὐδὲ λέγεται οὐδὲ δοξάζεται οὐδὲ γιγνώσκεται, οὐδέ τι τῶν ὄντων αὐτοῦ αἰσθάνεται.*

Multis enim, quaecumque sunt, omnino negatis jam non sunt quae in uno discernantur. Ergo unum discriminis plane expers habetur.

Atque hoc quidem in singulis quaestionis nostrae partibus ita exponitur, ut quantitatis, qualitatis, relationis, spatii, temporis, essentiae discrimina ab uno rejiciantur. Hoc enim unum, in quo nil discernatur, quasi substantia apparet, qua discrimina qualiacunque tollantur. (Das unterschiedslose Eins ist das Weder-Noch aller Unterschiede.)

Neque igitur ad nostram cognitionem pertinet, quia nonnisi multa distinguendo cognoscitur, cogitatur, sentitur. Haec igitur sunt argumenta, quae thesis profert. Alio loco dijudicabimus, quantum valeat thesis in tota antinomia.

Hoc tantum id quod sponte apparet significare volumus, thesin nostram solummodo ad explicandum Unius momentum spectare, quo quidem separato alterum essentiae momentum necessario tollatur. Distat ergo aliquantum ab hypothesi thesis. Cum enim illa unum esse velit, haec solam unius vim persecuta negat qualiacunque unius attributa. Non igitur recte thesis cum hypothesi nostra convenit. Quam si quis omnino perspicere velit, alteri Unius momento, quod quidem thesis sibi sejunxerit, alterum essentiae momentum quod hypothesis valere jubeat, pariter sejunctum opponat, necesse est.

Atque huc quidem thesis et ipsa spectat. Unius enim separati notio, quae omnes in thesi progressus regat, non efficitur nisi unum ab omni determinatione plane liberum atque immune statueris.

Quod unum cum non tam ipsius natura, quam nobis cogitantibus (i. e. abstrahendo) evenerit, jam suam ipsius naturam induere videtur, et quia nonnisi removendo discri-

mine integritatem suam obtinet, multitudinem atque discrimina requirit. Unum, quod differentiam fugiat aperte semper in eo est, ut in differentiam transeat. Cujus separati Unius natura jam transitum quaerit in multitudinem atque in externam, quae dicitur, rerum essentiam. Itaque thesis per se ipsam postulat antithesin.

Man gestatte uns an den Ruhepunkten unseres Dialogs gleichsam zur Erholung, wie zur Uebersicht des Ganzen einen Ausflug in das eigne Idiom zu machen. Die Sprache, in welcher wir schreiben, hindert uns in der Ausführung unseres Stoffes durch die Strenge ihrer äusseren Structur nicht weniger, als durch die Armuth ihrer metaphysischen Begriffe. Wir fürchten, dass selbst die Kunst der römischen Darstellung nicht fähig sei, über den abstracten Grundriss der Ideenlehre zu philosophiren.

Es wird daher erlaubt sein, diesen Grundriss in seinen vorzüglichen Gesichtspunkten unserem Texte da einzuflechten, wo es zu dem übersichtlichen Verständniss desselben am meisten förderlich scheint.

I.

Der Organismus des Dialogs. Die Methode und die Grundbegriffe der Ideenlehre (das Eins und das Viele). Die Antinomien und die Thesis der I.

Die Streitfrage, welche der I. Theil des Parmenides erhebt, ist nur zu lösen in einer methodischen Prüfung. Diese Streitfrage beginnt mit dem schwierigen Punkte der eleatischen Philosophie. Es wird die Einheit des Begriffs in dieser Philosophie behauptet, indem die sinnliche Vielheit der Erscheinungen geläugnet wird. Die Vielheit wird von den Eleaten nicht begriffen, sondern geläugnet, die Einheit des Begriffs ist somit ein grosses, aber unbewiesenes Dogma. Es ist also ein doppelter Mangel innerhalb dieser Philosophie fühlbar: eine Methode,

um zu beweisen, und wenn es möglich ist, die entgegengesetzten Seiten zu versöhnen. Die Eleaten kennen nur den akosmischen Begriff oder die unbegreifliche Welt. Das ist der eine Mangel und der zweite ist, dass diese streitigen Begriffe nur bejaht oder verneint, aber nicht gehörig untersucht werden.

Angenommen, jene Gegensätze liessen sich versöhnen, nachdem sie geprüft sind, so wäre die Ideenlehre Platos bewiesen. Denn die Idee ist nichts Anderes als die Einheit des Begriffs innerhalb der sinnlichen Vielheit. An die Stelle des akosmischen Begriffs tritt der Weltbegriff und an die Stelle der unbegreiflichen Welt die begriffene. Die Idee wird im I. Theil als eine Annahme gezeigt und zugleich der Kanon aufgestellt, nach dem diese Annahme methodisch untersucht werden soll. Dieser Untersuchung wird sie im II. Theile preisgegeben.

Die Idee ist gegenüber der sinnlichen Welt die Gattung, welche die Erscheinungen urbildlich vorstellt, die Einheit, welche die Dinge in sich begreift, das Allgemeine, das sich in den sinnlichen Individuen abbildlich verkörpert. Die Beziehung der Idee zu der sinnlichen Erscheinungswelt ist daher das Verhältniss des Eins und des Vielen.

Aber die Idee ist in sich selbst eine Mannigfaltigkeit von Begriffen, ein Complex von Gattungen, eine Welt von Ideen. Also ist die Beziehung der Idee zu sich selbst ebenfalls das Verhältniss des Eins und des Vielen. In dieser allgemeinen Formel ist das Wesen der Idee vollständig umfasst, denn wir finden darin das Verhältniss der Idee zu den Dingen, wie zu sich selbst, die äusseren wie die inneren Beziehungen der Begriffswelt ausgedrückt. Desshalb nennen wir das Eins und das Viele die Grundbegriffe der Ideenlehre.

Was sind sie für den Philosophen, bevor sie deutlich geprüft sind? Nicht Dogmen, welche angenommen, sondern Probleme, welche untersucht werden. Ob sie sind, oder ob sie nicht sind, ist für den Philosophen nichts als eine Voraussetzung, aus welcher er Folgerungen und Schlüsse macht für das Eine ebenso, wie für das Andere. Aus dem

hypothetischen Satz ergibt sich durch genaue Analyse aller seiner Bestimmungen das Resultat für beide Seiten, und aus der Vergleichung der Resultate ergibt sich der Schluss des Ganzen für die Erkenntniss. Es wird sich zeigen, ob die Gegensätze, welche vorläufig neben einander gestellt werden, vermittelt werden können oder nicht.

Jene Grundbegriffe werden nun im II. Theil des Parmenides nach dieser Methode analysirt:

I. Hypothesis.

Wenn das Eins ist, was folgt daraus { für das Eins? / für das Viele?

II. Hypothesis.

Wenn das Eins nicht ist, was folgt daraus { für das Eins? / für das Viele?

Angenommen nun, diese hypothetischen Sätze enthielten widersprechende Bestimmungen; z. B. es wäre ein Widerspruch vorhanden zwischen dem Begriff des Eins und dem des Seins, - so müsste eine genaue Analyse offenbar widersprechende Sätze d. i. Antinomien hervorbringen. Und so ist es. Diese Antinomien werden wir prüfen und zusehen, ob wir ein einmüthiges Resultat aus ihnen gewinnen können oder nicht.

Die Thesis der ersten Antinomie schliesst mit folgendem Resultate:

Das Eins ist weder Eins, noch ist es überhaupt. Dieses völlig prädicatlose Eins ist mithin unnennbar und unerklärbar, und auf gleiche Weise sowohl der Wahrnehmung, als der Vorstellung und der Erkenntniss verschlossen.

Der logische Gang in unserer Thesis ist klar: sie geht von dem hypothetischen Sein des Eins aus, und schliesst mit dem Gegentheile ihrer Annahme, nemlich mit dem Nichtsein des Eins. Dieser Gedankenbewegung wird das Verdienst der logischen Consequenz nur dann gebühren, wenn ihr Resultat das wirkliche Ansich der Voraussetzung enthält, und der Anfangspunkt mit dem Ende der Schlusskette übereinstimmt. Diess findet in unserem Falle scheinbar nicht statt, aber auch nur scheinbar. Es ist von der grössten Wichtigkeit, einzusehen, dass in dem Ausgangs-

punkte unserer Untersuchung bereits das letzte Resultat derselben enthalten, und in dem Eins, welches nur die abstracte Negation des Vielen ist, bereits das nichtseiende Eins latitirt. Wenn nemlich das Eins als solches das Viele abstract von sich ausschliesst, so entzieht es sich dadurch dem Unterschied überhaupt und es ist nur eine consequente Specialisirung jener Annahme, wenn diess im Einzelnen von den Unterschieden der Quantität, Qualität, Reflexion, des Raumes, der Zeit und des Seins überhaupt nachgewiesen wird. Dieses unterschiedslose Eins ist der abstracte Indifferenzpunkt: das Weder-Noch aller Unterschiede. Es ist mithin für das subjective Bewusstsein absolut unfassbar, weil das Erkennen, wie das Vorstellen und Wahrnehmen die sinnliche Vielheit und damit den Unterschied zu ihrer Voraussetzung haben. Wie sich die Thesis zur ganzen Antinomie verhält, bleibt der Kritik dieser Letzteren vorbehalten. Nur so viel lässt sich vorläufig bestimmen und es wird diess wohl von selbst einleuchten, dass unsere Thesis nur ein Moment der ganzen Hypothesis entwickelt, nemlich das Moment des Eins, das in seiner abstracten Isolirung nothwendig das andere Moment, das des Seins, aufheben muss. Hierin liegt, wenn man die Resultate der ganzen Hypothesis gewinnen will, schon die Nothwendigkeit, dem einseitig durchgeführten Eins ebenso einseitig das Moment des Seins gegenüber geltend zu machen. Dazu führt aber auch die Dialektik der Thesis selbst. Den Gedanken des abstracten Eins nemlich, der alle Consequenzen der Thesis beherrscht, gewinne ich nur durch Isolirung des Eins von jeder weiteren Bestimmung. Dadurch aber ist offenbar dieses abstracte Eins selbst in jedem Momente mit seinem Gegentheil behaftet. Es ist auf den Unterschied überhaupt bezogen, weil es nur in der Abstraction von demselben seine Reinheit gewinnt. Das indifferente Eins ist offenbar in jedem Momente im Begriff in die Differenz überzugehen. Daher ist in der Natur des abstracten Eins der Uebergang in das abstracte Sein präformirt, und somit in der Thesis bereits an sich die Antithesis enthalten.

Antithesis. [74]

Si est unum, etiam essentia participat. Quo fit, ut unum, quia non solum ad se ipsum, sed etiam ad essentiam pertinet, a se ipso differat. Nam si essentia eandem plane vim atque unum haberet, quid tandem inter utramque notionem interesset aut quomodo de unius essentia (ὀσία τῦ ἑνός) aut de participandi ratione (μετέχειν ἐκείνης) sermo institui licet. [75] Cum vero unum esse antithesis velit, jam nescio an ratio quaedam indicata sit, quae inter unum atque essentiam intercedat. Neque enim εἰ ἓν ἕν, sed εἰ ἓν ἔςιν supponitur. [76] Itaque unum quod est (τὸ ἓν ὄν) tanquam totum exstat, in quo τὸ ἕν pariter atque τὸ ὄν discernitur. Quae partes ita mutuis nexibus inter sese cohaerent, ut alteri alterum insit. Si igitur unum, quod totum est, partiaris, quaelibet pars ex duabus saltem particulis constituitur et quantacunque pars emerget, semper duabus illis particulis composita erit. Ergo nunquam necesse est unum existat. [77] Itaque unum ens (τὸ ἓν ὄν) tantum abest ut

---

74 cf. p. 142. B. - 155. E.

p. 142 B. 75 Οὐκῦν καὶ ἡ ὀσία τῦ ἑνὸς εἴη ἂν ὀ ταυτὸν ὖσα τῷ ἑνί· ὀ γὰρ ἂν ἐκείνη ἦν ἐκείνο ὀσία, ὀδ' ἂν ἐκεῖνο τὸ ἓν ἐκείνης μετεῖχεν, ἀλλ' ὅμοιον ἂν ἦν λέγειν ἕν τε εἶναι καὶ ἓν ἕν·

C. 76 Νῦν δὲ ὀχ αὕτη ἐςὶν ἡ ὑπόθεσις, εἰ ἓν ἕν, τί χρὴ συμβαίνειν, ἀλλ' εἰ ἓν ἔςιν·

E. 77 cf. p. 142. D.
Τί ὖν; τῶν μορίων ἑκάτερον τύτων τῦ ἑνὸς ὄντος τό τε ἓν καὶ τὸ ὂν ἄρα ἀπολείπεσθον ἢ τὸ ἓν τῦ ὄντος εἶναι μόριον, ἢ τὸ ὂν τῦ ἑνὸς μόριον; Οὐκ ἂν εἴη. Πάλιν ἄρα καὶ τῶν μορίων ἑκάτερον τό τε ἓν ἴσχει καὶ τὸ ὄν, καὶ γίγνεται τὸ ἐλάχιςον ἐκ δυοῖν αὖ μορίοιν τὸ μόριον, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον

unum sese habeat, ut infinita sit multitudo. Quia enim essentia participat, unum jam non solum unum, sed multa potius apparebit.[78]

Atque quod essentiae particeps esse statuimus unum, si quis ipsum per se ipsum intelligentia solum cogitari et ab illis, quibus participet, rebus separari velit, non unum modo, sed multa etiam esse videbitur.[79]

Quo igitur spectet illud Unum, quod thesis sejunctum persequitur, hic jam, id quod nobis antea thesin dijudicantibus visum est, philosophus et ipse pronuntiat, qui ab Uno, cujus ipsius nulla sit cum aliis ratio, ad multa alia dialecticis legibus transeundum esse doceat.

Unum enim ab essentia plane sejunctum neque ad aliud quidquam nisi ad semet ipsum relatum, per se patet ab essentia differre. Quae differentia, quaesiverit quispiam, ex utra notione sequatur? Sed jam apparet neque unum, neque essentiam, sed ipsam differentiam fore, qua quidem illa inter sese differant. Nam non unum, quatenus unum, ab essentia alterum, neque essentia, quatenus essentia, ab uno altera est, sed per id, quod est ipsum per se alterum, altera sunt invicem.[80]

οὕτως ἀεὶ, ὅ,τιπερ ἂν μόριον γένηται, τούτω τὼ μορίω ἀεὶ ἴσχει· τό τε γὰρ ἓν τὸ ὂν ἀεὶ ἴσχει καὶ τὸ ὂν τὸ ἕν· ὥςτε ἀνάγκη δύ' ἀεὶ γιγνόμενον μηδέποτε ἓν εἶναι.

p. 143 A. 78 Οὐκοῦν ἄπειρον ἂν τὸ πλῆθος οὕτω τὸ ἓν ὂν εἴη; Οὐσίας φαμὲν μετέχειν τὸ ἕν, διό ἐςὶν ὄν. Ναί. Καὶ διὰ ταῦτα δὴ τὸ ἓν ὂν πολλὰ ἐφάνη.

79 Τί δὴ αὐτὸ τὸ ἕν, ὃ δή φαμεν οὐσίας μετέχειν; ἐὰν αὐτὸ τῇ διανοίᾳ μόνον καθ' αὑτὸ λάβωμεν ἄνευ τούτου οὗ φαμεν μετέχειν, ἆρά γε ἓν μόνον φανήσεται, ἢ καὶ πολλὰ τὸ αὐτὸ τοῦτο;

B. 80 Οὐκοῦν εἰ ἕτερον μὲν ἡ οὐσία, ἕτερον δὲ τὸ ἕν, οὔτε τῷ ἓν τὸ ἓν τῆς οὐσίας ἕτερον, οὔτε τῷ οὐσία

Itaque Unius notione excogitata ad essentiae (*τῆς ἐσίας*) et ad differentiae (quae *τὸ ἕτερον* vocatur) notiones necessario propellimur. Quae (*ἕν, ἐσία, ἕτερον*) si (abstrahendo) sejunxeris, unumquodque existet unum; sin inter sese conjunxeris, duo et tria, paria et imparia apparebunt. Idcirco si est unum, necesse est etiam numerum esse. Unum autem, si numerus est, per se patet jam non unum, sed multa potius atque infinitam multitudinem esse.[81]

In hac disputandi ratione Plato ab Uno per mediam *τῦ ἑτέρε* notionem ad numeri multitudinem progressus sophistarum artificia non satis repudiasse videtur. Quod enim Unius atque essentiae notiones et sejunguntur et conjunguntur, hoc plane extrinsecus a philosopho illatum neque ipsarum notionum natura edoctum esse videtur. Item dixerit quispiam, quam *τῦ ἑτέρε* notionem Plato ipsam per se ipsam statuerit, eam magis argumentandi caussa adductam esse quam Unius natura productam.

Quae vero quibusdam cogitandi artificiis effecta esse videntur, jam ipsa cogitandi necessitas affirmabit. Nam si unum ab essentia ita sejunxeris, ut nihil, quo inter sese referantur, neque uni neque essentiae insit, externa plane ratio inter utramque notionem intercedet, qua neutra sua ipsius natura alteram respiciat.

Hanc igitur ipsam rationem Plato alterum per se ipsum (*τὸ ἕτερον*) nominat.

Quod vero unum essentiam tali *τῦ ἑτέρε* modo respicit,

εἶναι ἡ ἐσία τῦ ἑνὸς ἄλλο, ἀλλὰ τῷ ἑτέρῳ τε καὶ ἄλλῳ ἕτερα ἀλλήλων.
cf. p. 143. C. D. E.

p. 144 A. [81] *Εἰ ἄρα ἔςιν ἕν, ἀνάγκη καὶ ἀριθμὸν εἶναι. Ἀλλὰ μὴν ἀριθμῦ γε ὄντος, πόλλ᾽ ἂν εἴη καὶ πλῆθος ἄπειρον τῶν ὄντων·*

nihil aliud nisi *numerus* est, quem *multitudinem infinitam* (ἄπειρον) esse jam inter omnes constat.

Atque hoc quidem, ut paucis repetamus, ex hac adhuc quaestione sequitur: *unum, sive ad essentiam referatur, sive ab essentia separetur, infinitam esse multitudinem.*

Itaque essentia ipsa, cujus infinita illa multitudo particeps sit, per omnia, quae sunt, distribuitur neque ab ulla eorum particula aberit.[82] Unde sequitur, *essentiae et ipsius esse infinitas partes.*[83]

Quum autem unaquaeque pars sit una, ipsum unum non modo universae essentiae, sed illius etiam singulis partibus adest, partem nullam deserens, sive major illa quidem, sive minor est, sive quomodocunque se habet. Unde patet unum, quod omnibus partibus *totum* adesse nequeat, *et ipsum esse divisum.*[84] Hinc apparet, unum atque essentiam, cum alterum alteri nunquam desit, iisdem partibus constare atque per omnia penitus coaequari.[85]

Unum igitur, quod totius instar omnes partes in se ipso

---

p. 144 B. 82 Ἐπὶ πάντα ἄρα πολλὰ ὄντα ἡ οὐσία νενέμηται καὶ οὐδενὸς ἀποστατεῖ τῶν ὄντων, οὔτε τοῦ σμικροτάτου οὔτε τοῦ μεγίστου·

83 Κατακεκερμάτισται ἄρα ὡς οἷόν τε σμικρότατα καὶ μέγιστα καὶ πανταχῶς ὄντα καὶ μεμέρισται πάντων μάλιστα, καὶ ἔστι μέρη ἀπέραντα τῆς οὐσίας.

C. 84 Πρὸς ἅπαντι ἄρα ἑκάστῳ τῷ τῆς οὐσίας μέρει πρόσεστι τὸ ἓν οὐκ ἀπολειπόμενον οὔτε σμικροτέρου οὔτε μείζονος μέρους οὔτε ἄλλου οὐδενός.

D. - ἄλλως γάρ που οὐδαμῶς ἅμα ἅπασι τοῖς τῆς οὐσίας μέρεσι παρέσται ἢ μεμερισμένον.

E. 85 Οὔτε γὰρ τὸ ὂν τοῦ ἑνὸς ἀπολείπεται, οὔτε τὸ ἓν τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἐξισοῦσθον δύο ὄντε ἀεὶ παρὰ πάντα.

comprehendat, non modo infinita multitudo, sed unitas etiam finita atque terminata erit.[86]

Propterea unum, quòd esse supponitur, quodammodo unum est et multa, totum et partes, finitum et multitudine infinitum.[87]

Quum tale sit, etiam principium, medium, finem habebit: ex quo sequitur, etiam figurae cujusdam sive rectae, sive rotundae, sive ex utrisque formis compositae unum particeps fore.[88] Praeterea ex totius partiumque ratione necesse fit, ut unum et a se ipso et ab alio quodam terminetur.[89]

Quatenus enim partes toto concluduntur, unum in semet ipso est,[90] quatenus autem totum non est in partibus, neque in omnibus, neque in singulis, unum non est in semet ipso, et quia, si nunquam esset, omnino

---

p. 144 E. [86] Καὶ μὴν ὅτι-γε ὅλου τὰ μόρια, μόρια, πεπερασμένον ἂν εἴη κατὰ τὸ ὅλον τὸ ἕν·

p. 145 A. [87] Τὸ ἓν ἄρα ἕν τέ ἐστί που καὶ πολλὰ, καὶ ὅλον καὶ μόρια, καὶ πεπερασμένον καὶ ἄπειρον πλήθει.

B. [88] Καὶ ἀρχὴν δὴ, ὡς ἔοικε, καὶ τελευτὴν καὶ μέσον ἔχοι ἂν τὸ ἕν.
- Καὶ σχήματος δή τινος, ὡς ἔοικε, τοιοῦτον ὂν μετέχοι ἂν τὸ ἓν, ἤτοι εὐθέος ἢ στρογγύλου ἤ τινος μικτοῦ ἐξ ἀμφοῖν.

[89] Τῶν μερῶν που ἕκαστον ἐν τῷ ὅλῳ ἐστὶ καὶ οὐδὲν ἐκτὸς τοῦ ὅλου. Πάντα δὲ τὰ μέρη ὑπὸ τοῦ ὅλου περιέχεται.

C. [90] Εἰ ἄρα πάντα τὰ μέρη ἐν ὅλῳ τυγχάνει ὄντα, ἔστι δὲ τά τε πάντα τὸ ἓν καὶ αὐτὸ τὸ ὅλον, περιέχεται δὲ ὑπὸ τοῦ ὅλου τὰ πάντα, ὑπὸ τοῦ ἑνὸς ἂν περιέχοιτο τὸ ἓν, καὶ οὕτως ἂν ἤδη τὸ ἓν αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ εἴη.

non esset, restat, ut in alio consistat.[91] Itaque necesse est, unum tum in se ipso tum in alio esse.[92] Cum talis sit unius natura, necessario sequitur, ut consistat pariter atque moveatur. Quod si quidem in semet ipso est, semper in eodem, sin in alio, nunquam in eodem esse luce clarius apparet. Necesse est igitur unum cum semper in se ipso et in alio sit, semper quoque stare et moveri.[93]

Unum autem si totum atque divisum est, figuratur atque finitur, consistit atque movetur, obnoxium est eidem atque diversae rationi (Identität nnd Verschiedenheit), similitudini atque dissimilitudini, aequalitati atque inaequalitati, quibus rationibus et ad se ipsum et ad alia referatur.

Primum igitur unum sibi ipsi idem et a se ipso alterum atque alteri idem et ab altero alterum esse videtur.[94]

Quidquid enim est aut ejusdem diversorumque (Identität und Verschiedenheit) aut totius partiumque notionibus comprehendi debet. Nam omnia ita inter sese referuntur, ut aut comparentur, aut distinguantur, aut totius partiumque ratione inter sese cohaereant.

---

p. 145 [91] Ἀλλὰ μέντοι τόγε ὅλον αὖ οὐκ ἐν τοῖς μέρεσίν ἐστιν,
C. οὔτε ἐν πᾶσιν οὔτε ἔν τινι.
E. Οὐκοῦν μηδαμοῦ μὲν ὂν οὐδὲν ἂν εἴη, ὅλον δὲ ὄν, ἐπειδὴ οὐκ ἐν αὑτῷ ἐστιν, ἀνάγκη ἐν ἄλλῳ εἶναι;

[92] Καὶ οὕτω τὸ ἓν ἀνάγκη αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ εἶναι καὶ ἐν ἑτέρῳ.

p. 146 [93] Ἀνάγκη ἄρα τὸ ἓν αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ ἀεὶ ὂν καὶ
A. ἐν ἑτέρῳ ἀεὶ κινεῖσθαί τε καὶ ἑστάναι.

B. [94] Καὶ μὴν ταυτόν γε δεῖ εἶναι αὐτὸ ἑαυτῷ καὶ ἕτερον ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως ταυτόν τε καὶ ἕτερον εἶναι, εἴπερ καὶ τὰ πρόσθεν πέπονθε.

Quum autem unum, ad sese relatum, neque alterum, neque totum, neque pars exstare possit, quidnam aliud restat, quam ut sibi ipsi idem sit?[95]

Jam vero si unum, ut supra expositum est, alibi, quam in semet ipso, versatur, nonne cogitur, ut alterum a se ipso fiat?[96]

Quod quidem ab aliquo alterum est, necessario etiam ab altero alterum se praestat. Etenim ab uno differt alterum, quo quaecunque unum non sunt, significantur. Ideo unum ab aliis omnibus alterum apparebit.[97]

At vero unum alteri etiam idem est, quia, quae ratio inter unum et alterum intercedat, ea neque diversitatis neque totius partiumque notionibus concipi potest. Neque enim quidquam inter unum atque alterum interesse potest, nisi forte ipsa diversitas illis notionibus inest. Quod si quis probaverit, periculum est, ne quid absurdi efficiat. An tibi supponenda videtur in uno et altero diversitas, cui in aliquo esse non liceat? Nam si in aliquo esset diversitas, aperte in eodem versaretur, id quod suae ipsius naturae repugnaret. Tum vero nisi diversitate participant aut totius

---

p. 146 B. [95] Πᾶν πȣ πρὸς ἅπαν ὥδε ἔχει· ἢ ταυτόν ἐςιν ἢ ἕτερον, ἢ, ἐὰν μὴ ταυτὸν ᾖ μηδ᾽ ἕτερον, μέρος ἂν εἴη τȣτȣ, πρὸς ὃ ȣτως ἔχει, ἢ ὡς πρὸς μέρος ὅλον ἂν εἴη. cf. q. s.

C. Εἰ ȣ̓ν μήτε ἕτερον μήτε ὅλον μήτε μέρος αὐτὸ πρὸς ἑαυτό ἐςιν, ȣ̓κ ἀνάγκη ἤδη ταυτὸν εἶναι αὐτὸ ἑαυτῷ; Ἀνάγκη.

[96] Οὕτω μὴν ἐφάνη ἔχον τὸ ἓν, αὐτό τε ἐν ἑαυτῷ ὂν ἅμα καὶ ἐν ἑτέρῳ. Ἕτερον ἄρα, ὡς ἔοικεν, εἴη ταύτῃ ἂν ἑαυτȣ̃ τὸ ἕν.

D. [97] Τί ȣ̓ν; εἴ τέ τι ἕτερόν ἐςιν, ȣ̓χ ἑτέρȣ ὄντος ἕτερον ἔςαι; Ἀνάγκη.

Ἕτερον ἂν εἴη ἄρα τὸ ἓν τῶν ἄλλων.

partiumque ratione inter sese cohaerent, jam nihil est, quod unum ab altero differat. Unde unum alteri idem esse sponte apparet.[98]

Jam hic placet repetere, quae supra dicta sunt, ubi ab uno ad numeri notionem transitum demonstravimus. Neque enim hic minus, quam antea, quae sequuntur dialecticis legibus et cogitandi necessitate affirmata videmus, quamvis qua via hucusque delati simus, in ea dialectici progressus strenui atque continui vestigia non ubique expressa inveniamus.

Namque interdum eadem caussa modo accipitur modo rejicitur, prout argumentandi consilium postulat. Quod enim eadem ratio (Identität) ad unius multorumque notiones adhibita est, hoc quidem tum negligitur, cum diversitas probanda videtur. Atque diversitas pro nihilo putatur, ubi philosophus unum multaque easdem esse notiones demonstrare velit. Cum igitur Plato utramque notionem uni et ad ipsum et ad alterum relato deinceps competere velit, haec argumenta sine ullo vinculo particularum instar dilabi videntur.

---

p. 146 [98] - αὐτό τε ταυτὸν καὶ τὸ ἕτερον ἆῤ ὀὐκ ἐναντία ἀλλήλοις;
D. Ἦ οὖν ἐθελήσει ταυτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ ἢ ἕτερον ἐν ταυτῷ ποτε εἶναι; Οὐκ ἐθελήσει. cf. q. s.
E. Ἐπειδὴ δ' οὐδέποτε ἐν τῷ αὐτῷ ἐστιν, οὐδέποτε ἔν τινι τῶν ὄντων ἂν εἴη τὸ ἕτερον. Οὔτ' ἄρα ἐν τοῖς μὴ ἓν οὔτε ἐν τῷ ἑνὶ εἴη ἂν τὸ ἕτερον.
p. 147 A. Εἰ δὲ μήτε ἑαυτοῖς ἕτερά ἐστι μήτε τῷ ἑτέρῳ, οὐ πάντῃ ἂν ἤδη ἐκφύγοι τὸ μὴ ἕτερα εἶναι ἀλλήλων; cf. q. s.
B. Τὸ ἓν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἕτερόν τε τῶν ἄλλων ἐστὶ καὶ ἑαυτοῦ, καὶ ταυτὸν ἐκείνοις τε καὶ ἑαυτῷ.

(Man muss bei der Identität die Verschiedenheit vergessen und bei der Verschiedenheit die Identität: indem Plato beides für das Eins sowohl in Beziehung auf es selbst als auch in Beziehung auf das Andere geltend macht, so scheinen die Beweise atomistisch auseinander zu fallen).

Unum enim sibi ipsi et alteri idem esse Plato ita edocet, ut quomodo unum a se ipso et ab altero differat, jam non facile quis intelligere queat.

Nam cum unum sibimet ipsi non aliter possit idem esse, nisi quis diversitatem omnino praetermiserit, quippe quae ad unius notionem nequaquam pertineat, jam non intelligitur, quonam modo etiamtum unum a semet ipso diversum consequamur. Neque ipse philosophus diversitatem efficeret, nisi ex iis, quae jam antea disputaverit, quasi novum quoddam argumentandi initium sibi compararet.

Praeterea si unum alteri idem esse ita demonstratur, ut diversitas ex utriusque ratione plane removeatur, jam non video, quemadmodum paullo ante unum ab altero diversum ex ipsa unius diversitate sit effectum.

Utut igitur res sese habet, ex hac argumentandi ratione, quam modo consideravimus, necessario sequitur, singulas ratiocinationis partes et sine nexu dilabi et inter sese esse contrarias. Huc accedit, quod in aliis partibus philosophus quae prima argumenta antithesis nostra jam attulerit, omnino ignorare videtur, in aliis autem aperte ad sophistarum modum argumentatur. Nam si unum sibimet ipsi idem esse ita edocetur, ut ipsi et diversitas et totius partiumque ratio denegetur, haec quidem ratio non intelligitur, cur non ad unum valeat, quippe quod jam antea nobis visum sit totum esse atque divisum.

Concedendum enim est ex iis, quae praemissa sunt, unius naturam a singulari totius partiumque ratione non prorsus abhorrere. Atque sophistarum artificia, quibus philosophus

diversitatem ex unius alteriusque notione removerit, ex illa disputandi ratione cognoscas, qua unum alteri idem esse edoceatur.

Quod enim diversitas non in aliquo (ἔν τινι τῶν ὄντων) esse potest, quid obstat, quominus in uno et in altero sit, nisi forte cum aliquo unum et alterum prorsus commutantur? Ita quidem sophistae argumentari solent.

Has criticas adnotationes hic inserimus, quia, quae non satis dialectice explicata atque firmata sunt, ea vix nobis accipiunda esse videntur. Huc accedit, quod externus ille singulorum argumentorum nexus et adhibitae interdum sophistarum artes ad perspiciundas quasdam Parmenidis partes permultum afferunt difficultatis.

Sed quamvis singulis partibus recta argumentandi ratio desit, ea tamen, quae effecta sunt, praemissis consentanea videntur. Unum enim, cum essentia participando in rerum, quae sunt, multitudinem digressum sit, per se patet sibi ipsi non minus quam aliis et idem esse et alterum. Quibus expositis explicanda nostra antithesi persequemur, quam, si fieri possit, continuam ad finem perducamus.

Unum igitur, quia sibi ipsi et aliis idem atque a se ipso et ab aliis alterum est, simile quoque et dissimile sibi ipsi et aliis est.[99] Cum enim diversitatis conditio tam uni quam aliis competat, una eademque conditio utrisque convenit, in qua quidem similia sunt.[100]

Si autem unum et alia, quia inter sese differunt, si-

---

p. 147 C. [99] Ἀρ᾽ οὖν καὶ ὅμοιόν τε καὶ ἀνόμοιον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις;

p. 148 A. [100] Ἧι ἄρα ἕτερον τῶν ἄλλων τὸ ἓν καὶ τἄλλα τοῦ ἑνὸς, κατὰ τὸ ταυτὸ ἕτερον πεπονθέναι οὐκ ἄλλο, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἂν πεπονθὸς εἴη τὸ ἓν τοῖς ἄλλοις· τὸ δέ πυ ταυτὸν πεπονθὸς ὅμοιον·

et alia tangere, concedes pariter atque negabis. [106] Praeterea unum et aequale et inaequale tum sibi tum ceteris esse constat. [107]

Unum enim, si semet ipso aut aliis neque majus neque minus sit, sibi aliisque aequale esse videtur. Ut autem unum aut majus aut minus habeatur et semet ipso et aliis, nonne magnitudine atque parvitate participandum erit et uni et aliis? Quibus nisi adsit magnitudo vel parvitas, jam non video, quomodo inter sese possint esse inaequalia. Sed parvitas uni accedere non potest neque toti neque partibus, quibus si insideret, aut aequalis aut amplior etiam esset, id quod ipsi parvitati plane contrarium foret. Nam si uni parvitas inesset, vel aequa extensione per integrum unum intus amplificaretur vel externis limitibus illud circumplecteretur: ex quo luce clarius apparet, aut aequalem aut ampliorem etiam fore parvitatem, sive toti sive partibus inhaereat. [108]

Quae cum ita sint, nulli unquam rei parvitas inhaerebit. Ergo nulla res erit parva praeter ipsam parvitatem. [109]

---

p. 149 D. [106] *Οὕτω δὴ κατὰ πάντα ταῦτα τὸ ἓν τῶν ἄλλων καὶ ἑαυτοῦ ἅπτεταί τε καὶ οὐχ ἅπτεται.*

[107] *Ἆρ᾽ οὖν καὶ ἴσον ἐςὶ καὶ ἄνισον αὑτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις;*

p. 150 A. [108] *Εἰ ἄρα ἐν τῷ ἑνὶ σμικρότης ἐγγίγνεται, ἤτοι ἐν ὅλῳ ἂν ἢ ἐν μέρει αὐτοῦ ἐνείη. Τί δ᾽, εἰ ἐν ὅλῳ ἐγγίγνοιτο, οὐχὶ ἢ ἐξ ἴσου ἂν τῷ ἑνὶ δι᾽ ὅλου αὐτοῦ τεταμένη εἴη ἢ περιέχουσα αὐτό;*

B. *Οὔτι γε ἐν παντὶ αὖ τῷ μέρει· εἰ δὲ μὴ, ταυτὰ ποιήσει ἅπερ πρὸς τὸ ὅλον· ἴση ἔςαι ἢ μείζων τοῦ μέρους, ἐν ᾧ ἂν ἀεὶ ἐνῇ.*

[109] *Οὐδενί ποτε ἄρα ἐνέςαι τῶν ὄντων σμικρότης, μήτ᾽ ἐν μέρει μήτ᾽ ἐν ὅλῳ ἐγγιγνομένη, οὐδέ τι ἔςαι σμικρὸν πλὴν αὐτῆς τῆς σμικρότητος.*

Neque igitur cuiquam inhaerere potest magnitudo, quippe quae ejusdem naturae sit, cujus parvitas. Ergo magnitudo quidem ipsa per se ipsam est, magna non item.[110]

Itaque unum cum neque semet ipso neque aliis aut majus aut minus esse queat, sibi aliisque aequale est.[111]

Neque vero inaequalitas aut uni aut aliis deerit, si quis quae argumenta jam supra allata sint, in memoriam revocari velit. Deus enim ille, qui tanquam ex machina adducitur nobisque jam aliquoties occurrit, hoc etiam loco apparet, ut nexui dialectico, qui, cavendum est, ne forte dissolvatur, novum quoddam inserat membrum. Qua enim ratione aequalitem in uno et in aliis argumentatio nostra valere docuerit, ea jam omnino impediti esse videmur, quominus ad inaequalitatem etiam deferamur. Nam si quis magnitudinem atque parvitatem neque in uno neque in aliis valere velit, is profecto cogitur, ut continuo disputationis ordine interrupto, aliunde novum quoddam injiciat argumentum, quo quidem unum aliaque magnitudinis et parvitatis natura induantur. Itaque philosopho quae supra allata sunt argumenta, hic denuo assumenda esse videntur.

Quod enim unum in semet ipso est, pariter se ipsum comprehendere atque a se ipso comprehendi debet. Unde fit, ut unum quatenus comprehendat, majus, quatenus comprehendatur, minus semet ipso existat.[112]

---

p. 150 C. E.

110 *Οὐδ' ἄρα μέγεθος ἐνέςαι ἐν αὐτῷ·* cf. q. s. *τῦτο δὲ ἀδύνατον, ἐπειδὴ σμικρότης ὀδαμῦ ἔνι.*

111 *Καὶ μὴν καὶ αὐτό γε τὸ ἓν πρὸς ἑαυτὸ ὅτως ἂν ἔχοι· μήτε μέγεθος ἐν ἑαυτῷ μήτε σμικρότητα ἔχον ὅτ' ἂν ὑπερέχοιτο ὅτ' ἂν ὑπερέχοι ἑαυτῦ, ἀλλ' ἐξ ἴσυ ὂν ἴσον ἀεὶ εἴη ἑαυτῷ.*
Τὸ ἓν ἄρα ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἴσον ἂν εἴη.

112 *Καὶ μὴν αὐτό γε ἐν ἑαυτῷ ὂν καὶ περὶ ἑαυτὸ ἂν εἴη ἔξωθεν, καὶ περιέχον μὲν μεῖζον ἂν ἑαυτῦ*

Idem accidit uni ad alia relato. Nam cum unum aliaque, si omnino sunt, alicubi sint oporteat, neque praeter ipsa quidquam reperiatur, sponte apparet, alia in uno, unum in aliis esse. Quae cum ita se invicem vicissim complectantur, alterum altero majus est, quatenus comprehendit, minus autem, quatenus comprehenditur.[113]

Unum igitur aequale, majus, minus et se ipso et aliis existit.[114]

Quod autem unum aequale atque inaequale sibi aliisque est, hoc ad solam quantitatis notionem pertinet. Mensurae enim aut partes uni aliisque insunt, quibus, si quidem numero inter sese consentiant, aequalitas, si minus, inaequalitas efficitur. Utraque igitur notio ita in numeri multitudine posita est, ut numero unum tum aequale tum inaequale et sibi ipsi et aliis existemetur.[115]

εἴη, περιεχόμενον δὲ ἔλαττον, καὶ οὕτω μεῖζον ἂν καὶ ἔλαττον εἴη αὐτὸ ἑαυτοῦ τὸ ἕν.

p. 151 A. 113 Ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τοῦ ἑνὸς, δεῖ δὲ αὐτὰ ἔν τῳ εἶναι, οὐκ ἀνάγκη ἤδη ἐν ἀλλήλοις εἶναι τά τε ἄλλα ἐν τῷ ἑνὶ καὶ τὸ ἓν ἐν τοῖς ἄλλοις, ἢ μηδαμοῦ εἶναι;

B. Ὅτι μὲν ἄρα τὸ ἓν ἐν τοῖς ἄλλοις ἔνεστι, μείζω ἂν εἴη τἄλλα τοῦ ἑνὸς, περιέχοντα αὐτό· τὸ δὲ ἓν ἔλαττον τῶν ἄλλων περιεχόμενον· ὅτι δὲ τἄλλα ἐν τῷ ἑνὶ, τὸ ἓν τῶν ἄλλων κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον μεῖζον ἂν εἴη, τὰ δὲ ἄλλα τοῦ ἑνὸς ἐλάττω.

114 Τὸ ἓν ἄρα ἴσον τε καὶ μεῖζον καὶ ἔλαττόν ἐστιν αὐτό τε αὑτοῦ καὶ τῶν ἄλλων.

C. 115 Καὶ μὴν εἴπερ μεῖζον καὶ ἔλαττον καὶ ἴσον, ἴσων ἂν εἴη μέτρων καὶ πλειόνων καὶ ἐλαττόνων αὑτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπειδὴ δὲ μέτρων, καὶ μερῶν.

D. Ἴσων μὲν ἄρα μερῶν ὂν αὑτῷ, ἴσον ἂν τὸ πλῆθος αὑτῷ εἴη· πλειόνων δὲ, πλέον· ἐλαττόνων δὲ, ἔλαττον τὸν ἀριθμὸν αὑτοῦ. cf. q. s.

Quodsi aequalitas atque inaequalitas in quantitatis formam ita rediguntur, ut hujus notionis tanquam partes sese habeant, illud, quo supra offendimur, jam plane refutatum videmus. Nam mirati sumus, parvitate et magnitudine supposita, non quidquam vel parvum vel magnum esse posse.

Sed parvitas atque magnitudo, si ipsae per se ipsas valeant, fieri nequit, ut rebus multis et determinatis adsint, quippe in quibus non amplius ipsae per se ipsas valeant, sed altera ad alteram referatur. Quas ubi ad numeri notionem retuleris, jam ad rectam ipsarumque singularem naturam revocaveris. Tales enim jam non ipsae per se ipsas, sed quantitatis potius tanquam partes accipiuntur, id quod ex iis, quae modo disputata sunt, facile cognoscitur.

(Die Kleinheit und Grösse sind, sobald ich sie durch die Kategorie der Zahl vorstelle, von ihrer scheinbaren Selbständigkeit befreit und in die fliessenden Momente der Quantität aufgelöst.)

Unum, cum sit, etiam tempore participat.[116] Quod dum tempore procedit et senius et junius semet ipso fit.[117]

Quidquid autem a praeterito ad futurum movetur, etiam praesentis temporis punctum percurrere debet, quo quidem puncto progressus temporis quasi sublatus atque impeditus esse videtur. Itaque quaecunque tempore provehuntur ipsum

---

p. 151 E. Οὕτω δὴ αὖ, ὡς ἔοικε, τὸ ἓν καὶ ἴσον καὶ πλέον καὶ ἔλαττον τὸν ἀριθμὸν αὐτό τε αὑτοῦ ἔςαι καὶ τῶν ἄλλων.

p. 152 A. [116] Μετέχειν μὲν ἄρα ἔςι χρόνου, εἴπερ καὶ τοῦ εἶναι.

B. [117] Γίγνεται μὲν δὴ νεώτερόν τε καὶ πρεσβύτερον αὑτοῦ οὕτω.

praesens assecuta, fieri desinunt.[118] Unum igitur et ipsum, dum in praesente tempore versatur, jam non fieri, sed esse potius semet ipso et junius et senius videtur.[119]

Cui quum *τὸ νῦν* non interdum, sed semper conveniat, unum semet ipso semper est et fit junius et senius.

Unum vero, quatenus se ipsum tempore semper aequiparat, nonne tibi eandem semper aetatem agere videtur? Ergo unum semet ipso senius aut junius neque est neque efficitur.[120]

Cujus argumentationis summa mihi quidem in eo esse videtur, quod unum temporis et progressu et finibus ipsum attingi edocetur. Quod autem unius temporibus obnoxii natura talis explicatur, qualem philosophus tempore tum a semet ipsa diversam tum sibi ipsi aequalem esse velit, quis est, quin offendatur? Neque enim unum, quia tempore participat aut senius aut junius se ipso efficitur, nisi forte quis unum tanquam immobile punctum constitui velit, quod temporis motu plane extrinsecus obstringatur.

---

p. 152 [118] *- οὐ γάρ που πορευόμενόν γε ἐκ τοῦ ποτὲ εἰς τὸ*
B. *ἔπειτα ὑπερβήσεται τὸ νῦν;*
C. *Εἰ δέ γε ἀνάγκη μὴ παρελθεῖν τὸ νῦν πᾶν τὸ γιγνόμενον, ἐπειδὰν κατὰ τοῦτο ᾖ, ἐπίσχει ἀεὶ τοῦ γίγνεσθαι, καὶ ἔστι τότε τοῦτο ὅ,τι ἂν τύχῃ γιγνόμενον.*
D. [119] *Καὶ τὸ ἓν ἄρα ὅταν πρεσβύτερον γιγνόμενον ἐντύχῃ τῷ νῦν, ἐπέσχε τοῦ γίγνεσθαι, καὶ ἔστι τότε πρεσβύτερον.*
E. *Τό γε μὴν νῦν ἀεὶ πάρεστι τῷ ἑνὶ διὰ παντὸς τοῦ εἶναι· ἔστι γὰρ ἀεὶ νῦν, ὅτανπερ ᾖ. Ἀεὶ ἄρα ἔστι τε καὶ γίγνεται πρεσβύτερον ἑαυτοῦ καὶ νεώτερον τὸ ἕν.*

[120] *Τὸ ἓν ἄρα, τὸν ἴσον χρόνον αὐτὸ ἑαυτῷ καὶ γιγνόμενον καὶ ὄν, οὔτε νεώτερον οὔτε πρεσβύτερον ἑαυτοῦ ἔστιν οὔτε γίγνεται.*

Quod punctum, quaesiverit quispiam, num omnes temporis fines plane transgressum fingatur? Tum autem periculum est, ne temporis omnino expers sit, neve amplius quidquam in tempore valeat. Nec ullo vinculo cum temporibus conjunctum mihi videtur illud, quod tanquam extra tempora statuimus, unum. Si quid enim cum temporibus comparari atque referri liceat, hoc jam non extra tempora tanquam immobile atque fixum statuere possumus, quin temporis naturam pariter atque participandi rationem tollamus.

Nam unum, si temporis revera particeps est, etiam tempore movetur nec solum extrinsecus afficitur, sed procedit potius tanquam mobile temporis punctum, quod temporis discrimina perpetuo tam producere quam tollere videatur.

Cum autem unum semet ipso et junius et senius jam nullo alio modo cogitari possit, quam supponendo quodam immobili temporis puncto, ab ipso philosopho τὸ νῦν in tempore tanquam sibi constans atque firmum aperte pronuntiatur.

Hinc cogitur, ut immobile quasi tempus quoddam appareat. Ubi enim tempus τὸ νῦν consecutum est, non amplius moveri, sed potius stare videtur. Hoc quidem modo temporis vis atque natura a philosopho nostro omnino negatur. Nam tempus, quod est, neque procedit, jam non est tempus. (Ein zeitliches Sein oder eine seiende Zeit ist eine reine contradictio in adjecto.) Simili errore Kantius, summus noster philosophus, ducitur in illa antinomia, ubi mundum tempore et finitum et infinitum esse docet.[121] Hoc igitur temporis puncto, ubi tempus quasi consistere jubeatur, omnia temporis discrimina tollantur necesse est. Itaque

---

[121] Kant. Kritik der r. V. Antithetik der r. V. I. Antinomie, p. 344. Lpz. Ausgb.

unum in hoc tempore neque junius neque senius semet ipso esse potest.

Quidquid igitur disputavimus hoc potissimum spectare videtur, quod unum, si temporis momenti instar praetereundo progrediatur, tale intelligi potest, quale temporibus et a se ipso differat et secum ipso conveniat.

Unum temporibus obnoxium, sicut ad se ipsum, ita ad alia refertur. Nam et junius et senius aliis est nec non eandem cum aliis agit aetatem. Quae alia cum *ἕτερα*, non *ἕτερον*, sint, majorem, quam unum, habent numerum atque propter multitudinis naturam in uno tanquam in fundamento nituntur. Hinc sequitur unum, quia omnibus, quae in numeris referantur, antecedit, aliis etiam senius esse.[122]

Praeterea unum aliaque ita inter sese cohaerent, ut aliis partibus, unum totius habeat momentum.[123]

Unum igitur nonnisi perfectis atque absolutis partibus veluti finis imponitur omniumque postremum efficitur. Ergo junius est aliis unum.[124] Quum vero unum singulis partibus augeatur, in continuo partium ordine propius ad totius finem accedit. Quod unum, simul cum partibus pro-

---

p. 153 A. [122] *Τόδε γε μὴν ἔχεις λέγειν, ὅτι τἄλλα τȣ̃ ἑνὸς, εἴπερ ἕτερά ἐϛιν, ἀλλὰ μὴ ἕτερον, πλείω ἐϛὶν ἑνός· ἕτερον μὲν γὰρ ὂν ἓν ἂν εἴη· ἕτερα δὲ ὄντα πλείω ἑνός ἐϛι καὶ πλῆθος ἂν ἔχοι.*

B. *Πάντων ἄρα τὸ ἓν πρῶτον γέγονε τῶν ἀριθμὸν ἐχόντων· ἔχει δὲ καὶ τἄλλα πάντα ἀριθμὸν, εἴπερ ἄλλα καὶ μὴ ἄλλο ἐϛίν.*

C. [123] *Καὶ μὴν μόριά γε φήσομεν ταῦτ᾽ εἶναι πάντα τἄλλα τȣ̃ ὅλȣ τε καὶ ἑνὸς, αὐτὸ δὲ ἐκεῖνο ἅμα τῇ τελευτῇ γεγονέναι ἕν τε καὶ ὅλον.*

D. [124] *Νεώτερον ἄρα τῶν ἄλλων τὸ ἓν ἐϛι, τὰ δ᾽ ἄλλα τȣ̃ ἑνὸς πρεσβύτερα.*

gressum, nullo tempore illis aut majus aut minus est, sed eandem, quam cetera omnia, agit aetatem.[125]

Unde sequitur, ut unum aliis et junius et senius atque iterum neque junius neque senius esse existimetur.[126]

Atque hic etiam rejecta superiore illa demonstrandi ratione, ex ipsa unius notione, qualis nobis proposita sit, concedendum esse videtur, unum aliaque pariter temporibus attingi. Sed quod philosophus, si quid prius, quam alterum, animo cogitetur, hoc etiam tempore illi antecedere velit, haudscioan a critico acumine plane abhorreat. Unum enim, si cogitanti principium appareat, in quo multorum notio tanquam in fundamento nitatur, inde jam non sequitur, ut tempore etiam multis antecedat. Neque rectius, si quis totius notionem partium multitudine componi velit, temporis discrimina ita ad utramque illam notionem conferuntur, ut partibus totum succedat.

Tempus autem, quo unum differt ab aliis, si arithmetico quidem progressu semper idem permaneat, geometrico tamen ita augetur, ut aliis et junius et senius unum non modo sit, sed etiam fiat.

Omnibus igitur his de caussis unum et se ipso et aliis senius ac junius est et fit, neque minus eandem et sibi et aliis agit aetatem.[127]

---

p. 125 *Πᾶσιν ἄρα τοῖς ἄλλοις τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἴσχει τὸ*
153 *ἕν· ὥςτ᾽ εἰ μὴ παρὰ φύσιν πέφυκεν αὐτὸ τὸ ἕν, ὄτε*
E. *πρότερον ὄτε ὕςερον τῶν ἄλλων γεγονὸς ἂν εἴη, ἀλλ᾽ ἅμα.*

p. 126 *Καὶ κατὰ τȣ̃τον τὸν λόγον τὸ ἓν τῶν ἄλλων ὄτε*
154 *πρεσβύτερον ὄτε νεώτερον ἂν εἴη, ȣ̓δὲ τἄλλα*
A. *τȣ̃ ἑνός· κατὰ δὲ τὸν πρόσθεν πρεςβύτερόν τε*
p.
155 *καὶ νεώτερον, καὶ τἄλλα ἐκείνȣ ὡςαύτως.*
C. 127 *Κατὰ δὴ πάντα ταῦτα τὸ ἓν αὐτό τε αὑτȣ̃ καὶ*

Praeterea unum, cum tempora subeat, etiam praeteriti, praesentis atque futuri particeps esse oportet. Quod unum, cujus attributa omnino in promptu sint, ad nostram cognitionem ita referri potest, ut cognoscatur, cogitetur, sentiatur.[128]

Ita thesi omnino repugnat antithesis. Uni quaecunque altera denegat, altera assignat. Nam unum omnium, quaecunque sunt, contrariorum in thesi plane expers, in antithesi omnino particeps proponitur. Illic unum ab omni discrimine vacuum, hic quovis discrimine implicatum esse videtur.

Unum, quod thesis profert, discrimine quovis a se remoto se ipsum omnino tollit; unum, quod antithesis profert, discrimine quovis in se recepto, suae ipsius naturae omnino repugnat. Tum igitur omnium contrariorum expers, nulli alii quam sibimet ipsi idem est, tum et sibi ipsi contrarium in multitudinem rerum externam distrahitur unum.

Quae quidem quomodo et in thesi et in antithesi ex praemissis recto ordine secuta sint, jam exposuimus; neque minus, - quamquam negari nequit, logicum nexum interdum externis plane vinculis contineri, multisque locis sophistice

---

τῶν ἄλλων πρεσβύτερον καὶ νεώτερον ἔϛι τε καὶ γίγνεται, καὶ ὔτε πρεσβύτερον ὔτε νεώτερον ὔτ᾽ ἔϛιν ὔτε γίγνεται ὔτε αὑτȣ̃ ὔτε τῶν ἄλλων.

p. 155 D. [128] *Ἦν ἄρα τὸ ἓν καὶ ἔϛι καὶ ἔϛαι καὶ ἐγίγνετο καὶ γίγνεται καὶ γενήσεται.*
Καὶ ἐπιϛήμη δὴ εἴη ἂν αὐτȣ̃ καὶ δόξα καὶ αἴσθησις, εἴπερ καὶ νῦν ἡμεῖς περὶ αὐτȣ̃ πάντα ταῦτα πράττομεν. Καὶ ὄνομα δὴ καὶ λόγος ἐϛὶν αὐτῷ, καὶ ὀνομάζεται καὶ λέγεται, cf. q. s.

comparatum esse, - primaria tamen argumenta ex ipsis, quae suppositae sunt, notionibus effici, nobis satis explanasse videmur.

Praeterea autem ad totam antinomiam recte et critice judicandam hoc potissimum intelligere debemus, quomodo philosophus a discrimine ipso per se ipsum statim ad externarum rerum discrimina progrediatur.

Nam per totius partiumque rationem, quae ex Platonis sententia logicam discriminis notionem significat, externa illa spatii temporisque discrimina efficiuntur.

Apparet autem, si quis ex logico discrimine temporis spatiique discrimina continuo deduci velit, suppositionem quandam subesse. Supponitur enim, discrimen ipsum per se ipsum jam externarum rerum multitudinem atque discrimina complecti.

(Es liegt also darin, dass man aus dem logischen Unterschiede auf den räumlich-zeitlichen Unterschied ohne Weiteres schliesst eine unbewiesene Voraussetzung: nemlich die, dass der logische oder begriffliche Unterschied identisch sei mit den sinnlichen Unterschieden des äusseren Daseins.)

Quod si pro vero habetur, unum quidem sponte sequitur, nisi ab omni discrimine plane vacuum atque liberum statueris, ab iis, quibus res externae implicatae sunt, contrariis liberari non posse. Tum enim negari nequit, unum, quod distinguatur, illis jam contrariis prorsus implicari. Quae cum ita sint, et in thesi et in antithesi hoc quidem suppositum esse videmus, quod philosophus ex tota antinomia effici velit. Quid enim constituitur? Unum, si est, thesis explicat non esse, quippe in quo omnia discrimina evanuerint; antithesis autem unum, si sit, in externam rerum multitudinem distrahi docet.

Ergo in utraque antinomiae parte unum suae ipsius naturae repugnat. Nam in thesi demonstratur, unum sine ullo discrimine vanum esse atque inane; in antithesi, unum, si a semet ipso differat, in externarum rerum contraria incidere.

Quod quidem et in thesi et in antithesi tantum abest, ut certis argumentis probetur, ut supponatur.

Totius igitur antinomiae summa in eo posita est, quod, si quis unius naturam cum thesi et essentiam unius cum antithesi abstractam et separatam quasi accipi velit, unum cum essentia conjungi nequit, quin suae ipsius notioni repugnet.

Quod autem unius essentia talis intelligitur, qualis (propter discrimen, quod ipsius notioni inhaereat) spatii temporisque terminis exponatur, hoc quidem supponitur, non argumentis firmatur.

Tum vero quae hucusque dialectice exposita sunt, sic se habent:

1) Thesi concedendum est, unum absque discrimine cogitari non posse. Ergo unum non cogitatur. Nam unum, discriminis expers, non est unum.
2) Antithesis merito docet: uni propter contrariam ipsius naturam externis spatii temporisque finibus exposito qualiacunque contraria attribui posse.

Inde procul dubio sequitur, ut unum et discriminis plane expers et multitudinis externae contrariis affectum, suae ipsius naturae pariter repugnet.

Quam quidem notionem ut intactam atque incolumem servemus, nihil aliud restat, nisi, ut unius natura talis cogitetur, qualis, quum ipsa a se ipso differat, tamen non in externam multitudinem digressa sui ipsius jacturam faciat.

Vel ut aliis utamur verbis: talis cogitanda est unius natura, qualis, ab externa multitudine aliena, ipsa a se ipsa differat.

(Es ist im Unterschiede von dem äusseren Dasein die in sich unterschiedene Einheit zu denken.)

Ad hanc quidem unius notionem progrediamur necesse est, quia unum sine ullo discrimine cogitari nequit. Quod ubi Plato in antinomiae thesi statuit, Eleaticae philosophiae principium ex ipsius rei necessitate funditus evertit atque superavit. Si enim constat, unum non aliter cogitari posse, nisi ipsum a se ipso differat, jam ideae Platonicae simplex quodammodo notio elucet. Unum autem, quod, antinomia nostra explicavit, Eleaticum esse principium, prima Parmenidis parte exposita, negari nequit, nisi forte quis cum Stallbaumio in philosophandi arte genio suo tam libere indulserit, ut unum aliud in thesi aliud in antithesi esse ratus, alterum pro infinita idea (ἄπειρον), alterum pro finita (πέρας) habendum esse statuerit. [129]

Pariter e prima Parmenidis parte apparet, in tali uno, quale ipsum a se ipso differat et quasi finis per totam antinomiam quaeratur, ideae Platonicae tanquam fundamenta esse posita.

Quodsi ex dialectica, quam hucusque secuti sumus, disputatione ideis statuendis quasi indirectum quoddam argumentum allatum est, jam hac quidem re summum Parmenidis consilium contineri nobis videtur:

ut Eleatico principio dialectice explicando Platonica idea quasi indirecta via appetatur.

In dialectica nostra quaestione ita quidem de Eleatarum doctrina disputatur. Unum a rebus multis plane separatum

---

129 Stallbaum. Parmen. cf. p. 80-88.

thesis omnino negari velit. Uno autem negato, quid restat aliud, nisi ut in rerum multitudinem atque discrimina cum antithesi transeamus? Si quis igitur thesin et antithesin inter sese comparaverit, unius attributa fore contraria non negabit.

Ergo, antinomia nostra perlustrata, jam philosophum sequimur, qui uni contraria velit assignari. Apparet enim, unum pariter unum esse atque non esse, multa et non multa, temporibus participare et non participare, esse et non esse.

Quae contraria cum uni non aliunde, sed ex propria ipsius natura contingant, jam per se sequitur, ut unum ipsum, in utramque antinomiae partem pariter prolatum, per se ipsum illis contrariis pateat.

Neque sufficit, si uni contraria a philosopho assignantur, sed potius unum ipsum tale proponi oportet, quale contraria illa vicissim ita subeat, ut ab altero ad alterum transire videatur. Qua transeundi ratione accurate atque subtiliter philosophus thesin et antithesin inter sese reconciliare studet.

Atque hoc quidem disputans philosophus nescio an illam philosophiam repetere videatur, quae in philosophiae historia Eleatarum doctrinam exceperit.

Nam Empedocles Eleatarum unum cum multitudine atque Parmenidis essentiam cum vana rerum specie, - quas utrasque thesis nostra et antithesis quasi redolent, - ita reconciliavit, ut unum, in quo multa laterent, modo semet ipsum in multorum discrimina dirimeret, modo e rerum multitudine ad semet ipsum rediret. Unitas igitur et multitudo ita inter sese referuntur, ut altera in alteram transeat. Hac quidem transeundi ratione res modo adunantur, si multa in unum coguntur, modo separantur, si unum in multa dirimitur. Ita quae quidem contraria Eleatae ab uno rejecerunt, ea in uno Empedocles reconciliasse

videtur. Qua cogitandi via Empedoclem. Parmenidis vestigia secutum esse, non minus autores sunt, qui dialecticam artem exercent,[130] quam qui historiae partes agunt;[131] atque hanc sententiam contra eos defenderunt, qui Hegelio duce ab Heracliti philosophia Eleatas excipi velint.

Ita Werdero, ut ceteros taceam, in illa transeundi ratione, qua unum ab altero ad alterum ita movetur ut et oriatur et intereat, Plato Heracliti sententiam sibi traditam suo ipsius ingenio excoluisse et quasi renovasse videtur. Quod quamvis Werderus illam transitus notionem subtiliter intellexerit, haudscio an neque Heracliti ad Eleatas ratione, neque Platonis cogitatione satis firmari possit.[132]

Jam vero quae Parmenidis uni ex ipsius natura contingant, Platone duce persequamur. Neque enim hic nostrum est, quomodo illa transeundi ratio cum Empedoclis philosophia consentiat, singulatim percensere.[133]

Unum igitur, prima antinomia edocuit, omnium contrariorum et expers et particeps esse. Nam unum contraria, quae multitudini insunt, pariter negat atque affirmat.

(Das Eins ist nach der einen Seite das Weder-Noch aller Gegensätze, nach der andern das Sowohl-Als auch derselben.)

Ita unum tum unum tum multa, atque iterum neque unum neque multa est, essentia et participat et caret.[134]

---

130 Bayrhoffer, Idee und Geschichte der Philos.

131 Zeller, Gesch. d. griech. Philos. I. - Gladisch, Obelisken und Pyramiden.

132 Werder, Logik. p. 92. ff.

133 cf. 155. E. - 157. B.

p. 155 E. 134 Τὸ ἓν εἰ ἔστιν οἷον διεληλύθαμεν, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη αὐτὸ, ἕν τε ὂν καὶ πολλὰ καὶ μήτε ἓν μήτε πολλὰ καὶ μετέχον χρόνου, ὅτι μὲν ἔστιν ἕν, οὐσίας μετέχειν ποτὲ, ὅτι δ' οὐκ ἔστι, μὴ μετέχειν αὖ ποτε οὐσίας;

Quaeritur nunc, quomodo unum has contrarias sui ipsius partes inter sese reconciliare queat? Quae cum uni simul accidere non possint, nihil aliud restat nisi ut tempore succedant. Nam unum essentiae et expers et particeps esse non potest, nisi in alio tempore particeps, in alio expers est. Quod cum ita sese habeat, unum tum est, tum non est.[135]

Qua repugnantia hic nondum offendamur, sperantes, *fore* ut postea refutetur. Apparet enim, unum, quod omnino non sit, ne tempore quidem participare, neque in aliquo tempore versari posse.[136] Sed haec jam praetermittamus.

Quodsi unum tum est, tum non est, tempus quoddam intersit necesse est, ubi unum essentiam et capiat et amittat.[137] Essentiam si quid acceperit, fit, sin amiserit, interit. Unum igitur essentiam assumens atque deponens fit et interit.[138]

Itaque unum, cum sit unum atque multa, quando fit unum, desinit esse multa, quando multa, desinit esse unum. Quod, cum fiat unum atque multa, et disgregari et congregari oportet (*διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι*).[139]

---

p. [135] *Ἐν ἄλλῳ ἄρα χρόνῳ μετέχει καὶ ἐν ἄλλῳ οὐ μετέχει·*
155 *οὕτω γὰρ ἂν μόνως τοῦ αὐτοῦ μετέχοι τε καὶ οὐ μετέχοι.*
E. [136] cf. thesin sub fin. p. 141. D.

[137] *Οὐκοῦν ἔστι καὶ οὗτος χρόνος, ὅτε μεταλαμβάνει τοῦ*
p. 156 *εἶναι καὶ ὅτε ἀπαλλάττεται αὐτοῦ; ἢ πῶς οἷόν*
A. *τε ἔσται, τοτὲ μὲν ἔχειν τὸ αὐτὸ, τοτὲ δὲ μὴ ἔχειν, ἐὰν μήποτε καὶ λαμβάνῃ αὐτὸ καὶ ἀφίῃ; Οὐδαμῶς.*

[138] *Τὸ ἓν δὴ, ὡς ἔοικε, λαμβάνον τε καὶ ἀφιὲν οὐσίαν γίγνεταί καὶ ἀπόλλυται.*

[139] Sic Empedocles omnia in mundo ab ortu ad interitum procedere putat, ut unum, quod sphaerum vocat, disgregando in multitudinem, congregando in unitatem transeat. cf. Plat. Sophist.

Quoties dissimile simileque efficitur, et assimilari et dissimilari oportet (ὁμοιοῦσθαι καὶ ἀνομοιοῦσθαι); et quando majus et minus et aequale efficitur, crescere, decrescere, aequari (αὐξάνεσθαί τε καὶ φθίνειν καὶ ἰσοῦσθαι).[140]

Unum igitur contrarias sui ipsius partes ita reconciliat, ut ab altera ad alteram transeat. Quo in transeundi momento altera parte oriunda, altera interit.

Neque enim contraria inter sese reconciliari possunt, nisi vero sibi per vices succedunt. Ita, unum fieri non potest ut quiescat et moveatur, nisi ex motu in quietem vel ex quiete in motum transit.[141] Quo in transitu unum neque quietum neque motum esse apparet. Quum autem unum, dum tempore participat, aut consistat, aut moveatur, ille transitus tempori non est obnoxius. Neque enim exstat ullum tempus, in quo quidquam tale se praestet, quale simul neque consistat, neque moveatur.[142]

Unde jam necessario sequitur, ut illa transeundi ratio, quae inter contrarias partes intercedat, temporis omnino excedat finibus. Qui transitus, cum temporis omnino expers sit, momento individuo significatur.[143]

---

p. 156 B. [140] Ἓν δὲ γιγνόμενον καὶ πολλὰ ἆρ᾽ οὐκ ἀνάγκη διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι; Καὶ μὴν ἀνόμοιόν γε καὶ ὅμοιον ὅταν γίγνηται, ὁμοιοῦσθαί τε καὶ ἀνομοιοῦσθαι; Καὶ ὅταν μεῖζον καὶ ἔλαττον καὶ ἴσον, αὐξάνεσθαί τε καὶ φθίνειν καὶ ἰσοῦσθαι; Οὕτως.

C. [141] Ἑστώς τε πρότερον ὕστερον κινεῖσθαι, καὶ πρότερον κινούμενον ὕστερον ἑστάναι ἄνευ μὴν τοῦ μεταβάλλειν οὐχ οἷόν τε ἔσται ταῦτα πάσχειν.

[142] Χρόνος δέ γε οὐδείς ἐστιν, ἐν ᾧ τι οἷόν τε ἅμα μήτε κινεῖσθαι μήτε ἑστάναι.

D. [143] Τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε σημαίνειν ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον·

Hoc igitur momentum, quo transitus significatur, inter contrarias partes quasi medium interponitur, in quo omnia discrimina quasi sublata esse videantur. Itaque quasi centrum quoddam proponitur, ex quo qualiacunque contraria exeant et ad quod redeant.[144] In quo Platonis momento cum omnes, quae inter sese differant, partes plane absolutae sint, non amplius ipsae per se ipsas existunt, sed ita potius continentur, *ut altera cum altera in unitatis notionem recipiatur.*

Si enim per se quaeque constat, contrariae partes se invicem ita excludunt, ut altera ponenda altera tollatur. Quo quidem dilemmate, Werderus merito dicit, finitarum rerum naturam indicari, quippe quae in eo cernatur, quod, cum res mutuo se invicem excludant, altera, alteram esse, negat.

(„Das Entweder - Oder ist der Charakter der fixirten Endlichkeit.")

Dum vero in utramque partem transitur, altera alteri ita continuatur, ut non amplius aut altera aut altera, sed potius neque altera, neque altera existat.

(„Dieses Weder - Noch ist das absolute Entweder - Oder, die Mitte des Begriffs, die ewige Grenze.")[145]

Hoc igitur, quo nescio an nihil profundius cogitetur ab iis, qui philosophari solent, Platonis momentum mihi significare videtur, quod fines, quibus externarum

---

p. [144] ἀλλὰ ἡ ἐξαίφνης αὕτη φύσις ἄτοπός τις ἐγκάθηται
156 μεταξὺ τῆς κινήσεώς τε καὶ στάσεως, ἐν χρόνῳ
D. οὐδενὶ οὖσα, καὶ εἰς ταύτην δὴ καὶ ἐκ ταύτης τό τε
E. κινούμενον μεταβάλλει ἐπὶ τὸ ἑστάναι καὶ τὸ ἑστὼς ἐπὶ τὸ κινεῖσθαι.

[145] Werder, Logik. p. 95. Anm.

rerum multitudo determinatur, superati atque negati sunt.

(Darin eben besteht die speculative Tiefe des platonischen Augenblickes, dass in ihm die Endlichkeit als solche überwunden ist.)

Cujus finitae naturae cum etiam tempus sit, illud momentum temporis fines transgrediatur necesse est. Unum enim, sicut a motu in statum atque a statu in motum transiens neque stat, neque movetur, ita in transeundi momento inter omnia contraria quasi medium intercedit. Nam eodem modo ad ceteras mutationes sese habet: quando ex essentia (*ἐκ τοῦ εἶναι*) in interitum (*εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι*) migrat, neque est, neque non est, neque fit, neque interit; pariter ex uno migrans in multa et e multis in unum, neque unum est, neque multa, neque congregatur, neque disgregatur.[146]

Quae cum ita sint, momentum Platonicum (*τὸ ἐξαίφνης*) tale esse videtur, in quali, si insunt quaecunque contraria, jam non ipsa per se ipsa valeant, sed quasi momenta evanuerint.

(Wir können den Begriff des platonischen Augenblicks auch dahin bestimmen, dass in ihm die entgegengesetzten Seiten keine selbständige, sondern eine nur momentane Bedeutung haben.)

---

[146] *Καὶ τὸ ἓν δὴ εἴπερ ἕστηκέ τε καὶ κινεῖται, μεταβάλλοι*
p. 156 E. *ἂν ἐφ᾽ ἑκάτερα· μόνως γὰρ ἂν οὕτως ἀμφότερα ποιοῖ· μεταβάλλον δ᾽ ἐξαίφνης μεταβάλλει, καὶ ὅτε μεταβάλλει, ἐν οὐδενὶ χρόνῳ ἂν εἴη, οὐδὲ κινοῖτ᾽ ἂν*
p. 157 A. *τότε, οὐδ᾽ ἂν σταίη. Ἆρ᾽ οὖν οὕτω καὶ πρὸς τὰς ἄλλας μεταβολὰς ἔχει, ὅταν ἐκ τοῦ εἶναι εἰς τὸ ἀπόλλυσθαι μεταβάλλῃ ἢ ἐκ τοῦ μὴ εἶναι εἰς τὸ γίγνεσθαι· μεταξύ τινων τότε γίγνεται κινήσεών τε καὶ στάσεων, καὶ οὔτε ἔστι τότε οὔτε οὐκ ἔστιν, οὔτε γίγνεται οὔτε ἀπόλλυται;* cf. q. s. B.

Illa enim contraria, quibus unius multorumque notiones affectae sint, et in quibus quidquid sibi repugnat tanquam virtualiter lateat, in hoc transeundi momento plane evanescunt. Atque unum, cui insit momenti vis atque natura, non amplius in contrarias partes distrahitur, sed inter illas tanquam medium apparet, ubi contraria jam non sibi invicem repugnant. Ita vero inter sese reconciliantur.

Itaque unum, si quidem momento Platonico illustratur, discriminis neque expers, ut in thesi, neque particeps, ut in antithesi est, sed tale potius apparet, quale discrimina, quae in ipso lateant, ex se ipso gignat, non iis adsit.

In hac disputatione Plato duplicem illam ideae vim atque naturam, qua quidem generali unitate rerum discrimina et negentur et conserventur, explanare studet, sed utraque illa vis (die Bedeutung der Idealität und des Momentes) in unius indifferentia rursus extinguitur, quae quidem (indifferentia) jam non sine ullo discrimine est, sed discrimina potius et ponendo et negando procedit. Illud igitur effugium, quo antinomia converti jussit, ipse philosophus ingressus est, qui unum momenti luce ita illustraverit, ut ab externa multitudine alienum ipsum a se ipso differat.

Quod quidem momentum, in quo multorum discrimina solummodo lateant, sane negari nequit, Empedoclis sphaerae (σφαίρῳ) etiam similius esse, quam Platonis ideae. Nec tamen quisquam negabit, Platonis ideam in momenti natura jam dispositam atque praeformatam esse. Sed jam computemus, quae tota prima antinomia effecerit:

> Unum si est, in contrarias partes vocatur. Quas non aliter ferre potest, quam ut ab altera ad alteram transeat. In hac igitur transeundi ratione unum tanquam momentum elucet, quod contraria pariter

negans atque affirmans ad reconcilianda ea potestatem nobis significare videtur.[147]

II.

Thesis und Antithesis. Resultat der I. Antinomie. Begriff des platonischen Augenblicks.

Die Antithesis bildet in allen wesentlichen Punkten den durchgängigen Widerspruch zur Thesis. Alles, was diese dem Eins abspricht, spricht ihm jene zu, die Thesis beweist, dass in Beziehung auf das Eins jeder Gegensatz nichtig, die Antithesis beweist dagegen, dass in derselben Beziehung jeder Gegensatz gültig sei. Wenn dort das Eins die absolute Indifferenz ist, so ist es hier in die Differenz überhaupt verwickelt. Das Eins in der Thesis, indem es jeden Unterschied abstract von sich ausschliesst, hebt sich selbst auf. Das Eins in der Antithesis, indem es dem Unterschiede ganz unkritisch hingegeben ist, erscheint mit sich selbst in perennirendem Widerspruche. Wenn einmal das Eins gegensatzlos und mit sich identisch ist, so ist es dann sich selbst entgegengesetzt, und in die ganze Breite des unterschiedenen Daseins aufgelöst. Wie in der Thesis sowohl, als Antithesis dieser Gedanke aus seinen Prämissen in descendenter Folgerichtigkeit erschlossen wird, haben wir dargestellt, und in den Hauptpunkten gezeigt, dass, obwohl der logische nexus häufig nur ganz äusserlich zusammenhängt und an vielen Punkten sophistisch gefärbt ist, dennoch die Hauptsätze sich aus ihren Prämissen selbst rechtfertigen. Ausserdem aber ist es für das Resultat und die Beurtheilung der ganzen Antinomie sehr wichtig, dass man in der dialektischen Entwickelung sowohl der Thesis, als auch der Antithesis dar-

---

p. 157 B. 147 *Ταῦτα δὴ τὰ παθήματα πάντ' ἂν πάσχοι τὸ ἕν, εἰ ἔστιν.*

auf achte, wie Plato aus dem Unterschiede als solchem unmittelbar auf den Unterschied des räumlichen und zeitlichen Daseins schliesst. Aus dem logischen Unterschiede des Ganzen und der Theile, — denn diess Verhältniss kann in dem Sinne Plato's immer für den begrifflichen oder logischen Unterschied gelten — wird unmittelbar der Unterschied in räumlicher und weiter in zeitlicher Gestalt gefolgert. Raum und Zeit sind aber die Formen des unmittelbaren äusseren Daseins. Es liegt also darin, dass man von dem logischen Unterschied auf den räumlich-zeitlichen Unterschied ohne Weiteres schliesst, eine unbewiesene Voraussetzung zu Grunde, nemlich die, dass die Unterschiedenheit überhaupt identisch sei mit der sinnlichen Breite des äusseren Daseins. Diess zugegeben, folgt dann freilich von selbst: dass das Eins von den Widersprüchen des sinnlichen Daseins nur befreit werden könne, indem man es von dem Unterschiede überhaupt befreit, und dass es mit diesem auch jenen ohne Weiteres verfalle. Damit ist aber sowohl in der Thesis, als in der Antithesis im Grunde vorausgesetzt, was Plato als das Resultat der ganzen Antinomie beweisen will. Worin besteht nemlich das Resultat der Antinomie?

Wenn das Eins ist, so folgt in der Thesis, dass das Eins als die negative Indifferenz aller Unterschiede nicht ist, in der Antithesis, dass es mit dem Sein zugleich in das widerspruchsvolle, sinnliche Dasein aufgeht, und somit sich selbst entgegengesetzt ist.

In der Thesis ist bewiesen, dass ich das Eins selbst aufhebe, wenn ich es ohne allen Unterschied denke, in der Antithesis, dass ich es den Widersprüchen des sinnlichen Daseins preisgebe, wenn ich es im Unterschiede seiner von sich selbst denke. Dieser letztere Punkt ist nun eigentlich nicht bewiesen, sondern vielmehr, wie wir zu zeigen versucht haben, in der Thesis sowohl, wie in der Antithesis vorausgesetzt, indem aus dem Sein des Eins die innere Unterschiedenheit desselben und aus dieser unmittelbar seine Räumlichkeit und Zeitlichkeit gefolgert wird.

Das Resultat der ganzen Antinomie besteht also darin, dass die Begriffe des Eins und des Seins unvereinbar sind, wenn ich sie so fasse, wie die Thesis das Eins und die Antithesis das Sein des Eins entwickelt hat, d. h. wenn ich beide abstract fasse. Dass ich aber das Sein des Eins so einseitig begreife und aus der blosen Unterschiedenheit des Eins schon die Räumlichkeit und Zeitlichkeit desselben folgere, ist eine Voraussetzung, die ohne Grund gemacht und ohne Beweis den Beweisen untergeschoben wird.

Vergleichen wir die Schlüsse unserer bisherigen dialektischen Untersuchung:

1) Man muss mit der Thesis behaupten, dass das Eins nicht ohne Unterschied gedacht werden kann, weil es dann überhaupt nicht gedacht werden kann: das unterschiedslose Eins ist nicht Eins.
2) Man muss darin mit der Antithesis übereinstimmen, dass dem Eins, welches durch seine Unterschiedenheit in das äussere, räumlich-zeitliche Dasein aufgelöst ist, alle möglichen Prädicate zukommen.

Aus diesen Vordersätzen ergiebt sich der negative Schluss:

3) Dass sowohl das unterschiedene Eins, als auch das mit den Unterschieden der sinnlichen Vielheit behaftete Eins dem Begriffe des Eins widersprechen. Um diesen zu retten, bleibt daher nur der einzige Ausweg übrig, das Eins als in sich unterschieden zu denken, ohne es durch diese Unterschiedenheit in die sinnliche Vielheit aufgehen zu lassen, oder, um dasselbe mit andern Worten zu sagen, im Unterschiede von dem äusseren Dasein die in sich unterschiedene Einheit zu begreifen.

Die Nothwendigkeit dieses Gedankens liegt in der Unmöglichkeit, das Eins unterschiedslos zu denken. Mit dieser Unmöglichkeit, welche die Thesis unserer Antinomie beweist, hat Plato das eleatische Princip durch seine eigene immanente Dialektik unwidersprechlich widerlegt. Mit

jener Nothwendigkeit ist die Annahme der Idee in ihren abstractesten Principien begründet. Dass aber das Eins der Antinomie das eleatische Princip ist, kann nach der Voraussetzung des ersten Theiles kaum bezweifelt werden. Und eben daher leuchtet ein, dass jene in sich unterschiedene Einheit, auf welche das Resultat der Antinomie indirect hinweist, die Grundlage für die platonische Idee bildet. Wenn wir daher durch die dialektische Untersuchung selbst uns genöthigt sehen, in dem Resultate der ersten Antinomie einen indirecten Beweis für die nothwendige Annahme der Idee zu finden, so könnte man schon hier den eigentlichen Zweck des Parmenides in Uebereinstimmung mit dessen erstem Theile dahin bestimmen: durch eine dialektische Entwickelung des eleatischen Princips indirect die platonische Idee zu begründen.

Diese Dialektik des eleatischen Princips lässt sich auch so darstellen: das Eins als abstracte Identität mit sich ist die Negation aller Unterschiede, das Nicht alles Anderen, damit aber zugleich die Negation seiner selbst. Diess beweist die Thesis. Als diese Negation seiner selbst setzt es sich unmittelbar in die sinnliche Vielheit ein und verfällt den Unterschieden des äusseren Daseins. Dies beweist die Antithesis, Das antinomische Resultat dieser Dialektik wird zunächst von Plato *dahin* ausgesprochen, dass dem Eins entgegengesetzte Prädicate zukommen: es ist Eins und nicht Eins, Vieles und nicht Vieles, es nimmt Theil an der Zeit und nimmt *nicht* Theil an derselben, es ist sowohl, als ist nicht u. s. f. Wenn nun dieses antinomische Verhältniss dem Eins aus seiner eigenen Natur resultirt, also seine eigene immanente Dialektik ist, so ist die nächste Consequenz, zu welcher dieselbe forttreibt, die, dass das Eins eben diese antinomische Bewegung seiner selbst ist. Es genügt dann nicht, dem Eins entgegengesetzte Prädicate zuzuschreiben, sondern man muss vielmehr das Eins selbst als den Wechsel seiner entgegengesetzten Prädicate, als das Uebergehen von dem einen zum andern fassen. Diese Consequenz, in welcher die nächste Ver-

mittlung der Thesis und Antithesis besteht, zieht Plato mit dialektischem Tiefsinn. Es tritt uns in dieser Vermittlung in rein dialektischer Gestalt derselbe Gedanke entgegen, der in der geschichtlichen Entwicklung der griechischen Philosophie die nächste Consequenz der eleatischen All-Einslehre gewesen ist. Dieser Gedanke suchte das eleatische Eine mit der Vielheit, die Lehre des Parmenides vom Sein mit seiner Lehre vom Schein, welche beide sich in unserer Thesis und Antithesis wiederspiegeln, dadurch zu vermitteln, dass er das Eine als die indifferente Einheit des Vielen auffasste, und diese Einheit in die Vielheit auseinander gehen und aus der Vielheit in sich zurückkehren liess. Dieser Gedanke war der Centralpunkt in dem Systeme des Empedocles. Der Zusammenhang des Empedocles mit Parmenides ist sowohl auf dem Wege der dialektischen Entwickelung, als auch auf dem der historischen Forschung anerkannt und denen gegenüber geltend gemacht worden, die mit Hegel die heracliteische Speculation als die nächste Consequenz der eleatischen betrachten. So scheint namentlich Werder in jener Vermittlung des antinomischen Gegensatzes, in welcher das Eins als übergehend von dem einen zu dem andern, somit als entstehend und vergehend gefasst wird, eine platonische Reproduction des heracliteischen Werdens zu erblicken. Diess möchte aber, so tief Werder im Uebrigen auch diese platonische Vermittlung aufgefasst hat, weder durch das Verhältniss des Heraclit zu den Eleaten, noch auch durch die Gedanken, welche Plato hier ausspricht, gerechtfertigt sein. Ohne diese Analogie hier im Einzelnen näher zu verfolgen, begnügen wir uns, die dialektische Consequenz jener Antinomie in ihrer platonischen Beleuchtung zu verfolgen.

Das Resultat der ersten Antinomie bestand darin, dass das Eins eben so sehr die abstracte Indifferenz aller Gegensätze ist, wie es an allen Gegensätzen Theil hat. Das Eins ist somit nach der einen Seite das Weder - Noch aller Gegensätze, nach der andern das Sowohl - Als auch derselben: es ist sowohl Eins, als auch Vieles und weder Eins, noch Vieles, es nimmt an dem

Sein Theil und nimmt nicht an dem Sein Theil. Wie kann nun das Eins diese differenten Seiten seiner selbst ermitteln? Offenbar hönnen dieselben nicht dem Eins zugleich zukommen, es bleibt daher nur der Ausweg übrig, diese entgegengesetzten Zustände in zeitlicher Succession zu denken. Das Eins kann an dem Sein sowohl Theil nehmen, als auch nicht Theil nehmen, nur insofern beide Seiten zeitlich verschiedene sind, d. h. in einer Zeit ist es, in einer andern Zeit ist es nicht.

Wir wollen den Widerspruch, der hierin liegt, uns zunächst gefallen lassen, vielleicht dass er in dem Fortschritte der Untersuchung sich löst. Er besteht darin, dass das Eins, insofern es nicht ist, auch nicht an der Zeit Theil nimmt, also auch nicht ἐν ἄλλῳ χρόνῳ sein kann. Doch lassen wir diess zunächst gelten.

Wenn aber das Sein und das Nichtsein des Eins sich an verschiedene Zeiten vertheilen, so muss offenbar zwischen beiden eine Zeit liegen (ποτε), in welcher das Eins das Sein erfasst (λαμβάνειν), und in welcher es das Sein loslässt (ἀφιέναι).

Das Erfassen des Seins (τὸ οὐσίας λαμβάνειν) ist das Entstehen (γίγνεσθαι), das Verlassen des Seins (τὸ ἀπαλλάττεσθαι οὐσίας) ist das Vergehen (ἀπόλλυσθαι). Das Eins, indem es das Sein erfasst und loslässt, ist desshalb als entstehend und vergehend zu denken.

Es entsteht als Eins, indem es als Vieles vergeht, und entsteht als Vieles, indem es als Eins vergeht. Indem es als Eins und als Vieles entsteht, muss es sich scheiden und verbinden (διακρίνεσθαί τε καὶ συγκρίνεσθαι), indem es als Unähnliches und Aehnliches entsteht, muss es sich verähnlichen und verunähnlichen (ὁμοιοῦσθαι καὶ ἀνομοιοῦσθαι), indem es als Grösseres, Kleineres, Gleiches entsteht, muss es sich vergrössern, verkleinern und gleichen (αὐξάνεσθαί τε καὶ φθίνειν καὶ ἰσοῦσθαι).

Es ist mithin die Vermittlung der differenten Seiten des Eins so zu begreifen, dass das Eins von der einen zur andern übergeht; in diesem Processe des Uebergehens ist das Entstehen der einen Seite das Vergehen der andern und umgekehrt.

Ohne dieses Uebergehen ist eine Vermittlung entgegengesetzter Zustände undenkbar. Das Eins kann nur dann sowohl ruhen, als auch bewegt werden, wenn diese Zustände zeitlich alterniren. Dieser zeitliche Wechsel ist aber unmöglich, ohne dass das Eins von der Ruhe zur Bewegung und von dieser zu jener übergehe.

In dem Uebergange selbst ist das Eins offenbar weder das eine, noch das andere. Da nun das Eins, insofern es an der Zeit Theil nimmt, entweder ruhend oder bewegt ist, so kann jener Uebergang unmöglich in der Zeit stattfinden, denn es giebt keine Zeit, in welcher irgend etwas weder in Bewegung, noch in Ruhe sein könnte. Es folgt daher mit Nothwendigkeit, dass jener Uebergang, wenn er überhaupt gedacht werden muss, als ausserzeitlich zu denken ist. Dieser ausserzeitliche Uebergang von dem einen zum andern ist die Bedeutung des Augenblickes.

Der Moment des Uebergehens ist der Indifferenzpunkt, in dem die differenten Seiten ihren Gegensatz aufgehoben und zu einer ideellen Einheit zusammengegangen sind: er ist daher die Mitte aller Gegensätze, der ideelle Punkt, aus dem sich die Gegensätze erzeugen und in den sie zurückgehen.

Indem in diesem Punkte - dem platonischen Augenblicke - die Gegensätze indifferenziirt sind, so sind sie in ihm nicht mehr als selbständige Seiten, sondern so enthalten, dass jede Seite ihre Einseitigkeit gegen die andere aufgehoben hat. Als selbständige Seiten haben sie die Gestalt des Dilemmas: entweder ist die eine, oder die andere. Dieses Entweder - Oder ist, wie Werder mit Recht bemerkt, der Charakter der Endlichkeit. Die Endlichkeit solcher Gegensätze besteht darin, dass sich die entgegengesetzten Seiten gegenseitig ausschliessen, jede das Nicht der anderen, d. h. die Gränze oder Schranke derselben, ist. In dem Momente des Uebergehens ist aber jede nur in Beziehung auf die andere, d. h. wenn dort entweder die eine, oder die andere war, so ist hier weder die eine, noch die andere. „Dieses Weder - Noch ist das absolute Ent-

weder - Oder, die Mitte des Begriffs die ewige Grenze." Und darin besteht die speculative Bedeutung des platonischen Augenblickes, dass in ihm die Endlichkeit als solche überwunden ist. Desshalb ist er, da die Zeitlichkeit eine Form der Endlichkeit ist, nothwendig selbst ausserzeitlich. Wie im Momente des Uebergehens von der Ruhe zu der Bewegung das Eins weder ruht, noch sich bewegt, so ist es in diesem Momente überhaupt die indifferente Mitte aller Gegensätze, des Seins und des Nichtseins, des Entstehens und Vergehens, des Eins und des Vielen u. s. f.

Wir können den Begriff des platonischen Augenblickes auch dahin bestimmen, dass in ihm die entgegengesetzten Seiten keine selbständige, sondern eine nur momentane Bedeutung haben. Der fundamentale Gegensatz des Eins und des Vielen, des Seins und des Nichtseins, in dem alle übrigen Gegensätze der Antinomie virtualiter enthalten sind, verschwinden im Momente des Uebergehens. Als dieser negative Punkt ist das Eins die ideelle Vermittlung aller Gegensätze, in die es durch die obige Antinomie verwickelt wurde. Die entgegengesetzten Seiten der Antinomie sind in ihm zu Momenten herabgesetzt, indem das Eins die negative Einheit beider ist. Es ist also das Eins in der Beleuchtung des platonischen Augenblickes - in diesem flüchtigen Schlaglichte - nicht mehr das unterschiedslose Eins der Thesis, auch nicht das in die sinnliche Differenz aufgehende Eins der Antithesis, sondern es ist ein ideelles Eins, das den Unterschied als latent in sich enthält und die entgegengesetzten Seiten aus sich entlässt, ohne sich mit ihnen zn identificiren.

Plato strebt in dieser Entwickelung offenbar nach dem eigentlichen Mittelpunkte des speculativen Begriffes, nach dem Begriffe der Idealität und des Momentes, aber beide erlöschen in dem Begriffe der Indifferenz, die indess nicht mehr die blosse, unterschiedslose Einheit, sondern wesentlich der Process ist, sich zur Differenz aufzuheben und aus der Differenz durch die Negation derselben zu sich zurückkehren. Es ist somit hier von Plato der Ausweg wirklich ergriffen, zu dem das Resultat der Antinomie uns hin-

drängte, nemlich der, das Eins im Unterschiede von der sinnlichen Vielheit als in sich unterschiedene Einheit zu denken, nur dass in dem ausserzeitlichen Augenblicke Plato's der Unterschied bloss latitirt nnd jener einheitliche Indifferenzpunkt daher dem sphärus (σφαῖρος) des Empedocles mehr, als der platonischen Idee gleicht. Doch ist in dem Augenblicke Plato's die dialektische Anlage für seine Idee nicht zu verkennen.

Fassen wir aber hier das Resultat der ersten Antinomie ganz zusammen, so folgt, wenn das Eins ist, für das Eins selbst:

1) die Antinomie: dass es sowohl ist, als auch nicht ist.
2) Aus dieser Antinomie folgt, dass das Eins der Wechsel seiner Gegensätze, d. h. der Augenblick ist, in welchem es weder ist, noch nicht ist.

II. Antinomia.[1]

Unum si est, quid alia patiuntur?

Thesis.[2]

Alia, quamquam ab uno aliena sunt (*τἄλλα τȣ̃ ἑνός*), non tamen uno penitus privata sunt, sed **unitate quodammodo participant.**[3] Quae, quia unum non sunt, **partibus constare oportet**, nam, nisi partes haberent, unum plane essent.[4]

Sed partium multitudinem in totius notione tanquam in fundamento niti jam supra disputatum est: nullo enim toto nulla pars est. „Non ergo multorum nec omnium pars est, quaecunque sit pars, sed unius cujusdam ideae et unius cujusdam, quod totum vocamus, factum ex cunctis unum atque perfectum.“[5] (Marsilius Ficinus.)

---

[1] cf. p. 157. B. - 160. B.
[2] cf. p. 157. B. - 159. B.
p. 157 C. [3] *Οὐδὲ μὴν ςέρεταί γε παντάπασι τȣ̃ ἑνὸς τἄλλα, ἀλλὰ μετέχει πῃ.*
[4] *Ὅτι πȣ τἄλλα τȣ̃ ἑνὸς μόρια ἔχοντα ἄλλα ἐςίν· εἰ γὰρ μόρια μὴ ἔχει, παντελῶς ἂν ἓν εἴη.*
[5] *Μόρια δέ γε, φαμὲν, τȣ́τȣ ἐςὶν, ὃ ἂν ὅλον ᾖ.*
D. *Οὐκ ἄρα τῶν πολλῶν ȣ̓δὲ πάντων τὸ μόριον μόριον, ἀλλὰ μιᾶς τινος ἰδέας καὶ ἑνός τινος, ὃ καλȣ̃μεν ὅλον, ἐξ ἁπάντων ἓν τέλειον γεγονὸς, τȣ́τȣ μόριον ἂν τὸ μόριον εἴη.*

Si quid enim partibus constat, toto atque uno participet necesse est. Nam cunctae partes efficiunt totum et singula pars apparet una.[6]

Haec quidem multa, etsi uno participant, non ipsa unum sunt, sed alia potius praeter unum (*ἕτερα τȣ̃ ἑνός*) existunt. Quae quatenus ab uno differunt, uno erunt plura. Ergo infinita esse multitudine videntur.[7]

Haec igitur infinita multitudo, si ipsam per se ipsam considerare velis, uno jam penitus privata esse videtur. Neque enim in multitudine infinita ullae discerni possunt partes, quibus, cum insit unius vis atque natura, multitudo ipsa ad unum quodammodo referatur. Hoc quidem repugnat infinitae multitudini, quippe quae nulla ratione ad unitatem pertineat. Cujus multitudinis quantum inspexeris, semper multitudine infinitum occurret.[8]

Itaque aliis idem, quod uni, contingit. Nam aliorum natura secundum se ipsam plane infinita est, neque ullum terminum patitur, nisi cum ipso uno quandam habet communitatem.[9] Alia ergo sive tota, sive partes re-

---

p. 158 A. [6] *Μετέχειν δέ γε τȣ̃ ἑνὸς ἀνάγκη τῷ τε ὅλῳ καὶ τῷ μορίῳ· τὸ μὲν γὰρ ἓν ὅλον ἔϛαι, ȣ̃ μόρια τὰ μόρια, τὸ δ' αὖ ἕκαϛον ἓν μόριον τȣ̃ ὅλȣ, ὃ ἂν ᾖ μόριον ὅλȣ.*

B. [7] *Τὰ δ' ἕτερα τȣ̃ ἑνὸς πολλά πȣ εἴη ἄν·*
Ἐπεὶ δέ γε πλείω ἑνός ἐϛι τά τε τȣ̃ ἑνὸς μορίȣ καὶ τὰ τȣ̃ ἑνὸς ὅλȣ μετέχοντα, ȣ̓κ ἀνάγκη δὴ ἄπειρα πλήθει εἶναι αὐτά γε ἐκεῖνα τὰ μεταλαμβάνοντα τȣ̃ ἑνός;

C. [8] *Οὐκȣ̃ν ȣ̔́τως ἀεὶ σκοπȣ̃ντι αὐτὴν καθ' αὑτὴν τὴν ἑτέραν φύσιν τȣ̃ εἴδȣς, ὅσον ἂν αὐτῆς ἀεὶ ὁρῶμεν, ἄπειρον ἔϛαι πλήθει;*

D. [9] *Τοῖς ἄλλοις δὴ τȣ̃ ἑνὸς συμβαίνει, ἐκ μὲν τȣ̃ ἑνὸς καὶ ἐξ ἑαυτῶν κοινωνησάντων, ὥς ἔοικεν, ἕτερόν τι γίγνεσθαι ἐν αὐτοῖς, ὃ δὴ πέρας παρέσχε πρὸς ἄλληλα, ἡ δὲ αὐτῶν φύσις καθ' ἑαυτὰ ἀπειρίαν.*

spiciuntur, et infinita sunt et termino quodam participant.[10]

Quae cum ita sint, alia inter sese contraria esse oportet.[11]

Antithesis.[12]

Quum praeter unum aliaque non reperiatur tertium, quo pariter illa participare possint - nam in uno aliisque jam universa sunt comprehensa - alia prorsus ab uno sejuncta sunt.[13] Jam vero alia, nisi ad unum referuntur, neque multa sunt, neque ullo numero significantur.[14] Quae cum neque similia neque dissimilia, neque eadem neque diversa, neque mota neque quieta, neque orientia neque pereuntia, neque majora neque minora, neque aequa esse neque aliud quidquam hujus generis sortiri possint, a discrimine quovis plane abhorrent.[15]

---

p. 158 D. [10] *Οὕτω δὴ τἄλλα τοῦ ἑνὸς καὶ ὅλα καὶ κατὰ τὰ μόρια ἄπειρά τέ ἐστι καὶ πέρατος μετέχει.*

[11] cf. q. s.

p. 159 A. B. *Καὶ ταυτὰ δὴ καὶ ἕτερα ἀλλήλων καὶ κινούμενα καὶ ἑστῶτα, καὶ πάντα τὰ ἐναντία πάθη οὐκέτι χαλεπῶς εὑρήσομεν πεπονθότα τἄλλα τοῦ ἑνὸς, ἐπείπερ καὶ ταῦτα ἐφάνη πεπονθότα.*

[12] cf. p. 159. B. - 160. B.

C. [13] *Πάντα γὰρ εἴρηται, ὅταν ῥηθῇ τό τε ἓν καὶ τἄλλα. Οὐκ ἄρα ἔτ᾽ ἐστὶν ἕτερον τούτων, ἐν ᾧ τό τε ἓν ἂν εἴη τῷ αὐτῷ καὶ τἄλλα.*

D. [14] *Οὐδαμῇ ἄρα ἓν τἄλλα ἐστὶν οὐδ᾽ ἔχει ἐν ἑαυτοῖς ἓν οὐδέν. Οὐδ᾽ ἄρα πολλά ἐστι τἄλλα·* cf. q. s.

p. 160 A. [15] *Οὐδ᾽ ἄρα τὰ αὐτά οὐδ᾽ ἕτερα, οὐδὲ κινούμενα οὐδὲ ἑστῶτα,*

Unde sequitur, ut multa, quibus unum omnino desit, neque multa sint, neque ipsa sint.

Ex hac igitur antinomia sequitur, unum si sit, alia, quatenus quidem uno participent, esse, quatenus autem unum a se prohibeant, omnino non esse. Itaque multis, si unum adsit, essentia attribuenda, si minus, plane abroganda esse videtur.

Tum vero multa, quoniam infinita pariter atque finita sunt, in contrarias externarum rerum partes digrediuntur. Si autem unius vis atque natura nihil valet in multis, multorum notio omnino cogitari nequit.

Ergo, si unum est, hoc quidem et uni et aliis contingit, ut tum omnia sint, tum nihili existimentur.

Ergo, si unum est, uni et aliis rerum attributa tum assignanda, tum abroganda esse videntur. Unum aut rerum contraria patitur, aut nihili existimatur. Atque idem contingit aliis.[16]

Quae argumentatio cum sibi repugnet, dubitaverit quispiam, num quid veritatis nobis relinquat. Sed jam in ipsa sententia, quae veritatis speciem haud prae se ferat, sublimis tamen doctrinae quasi semina latent. Nam si quis, singulis partibus accuratissime perspectis, summam totius disputationis subtiliter collegerit, hanc summam videbit

---

οὐδὲ γιγνόμενα οὐδὲ ἀπολλύμενα, οὐδὲ μείζω οὐδὲ ἐλάττω, οὐδὲ ἴσα, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν πέπονθε τῶν τοιούτων·

p. 160 B. [16] Οὕτω δὴ ἓν εἰ ἔστι, πάντα τέ ἐστι τὸ ἕν, καὶ οὐδὲ ἕν ἐστι καὶ πρὸς ἑαυτὸ καὶ πρὸς τἄλλα ὡσαύτως.

multum valere ad dissolvenda illa, quibus unius multorumque notiones implicatae sint, contraria. Quae enim ex utraque antinomia sequuntur, haec sunt:

I. Unum aut multa esse prorsus negat - quo fit, ut neque unum sit, neque omnino sit - aut multa ita pâtitur, ut ipsum et unum et multa sit. Tale autem externarum rerum naturam plane induit.

II. Multa aut unum esse prorsus negant - quo fit, ut neque multa sint, neque omnino sint - aut unum ita patiuntur, ut ipsa et unum et multa sint.

Quibus expositis haec firma atque invicta constituuntur:

I. Unum, quod a multis et a discrimine plane abhorret, neque unum est, neque omnino est.

II. Multa, quae ab uno plane abhorrent, neque multa sunt, neque omnino sunt.

Ergo constat, sicut unum absque multis, ita multa absque uno non posse cogitari. Tum enim neque unum, neque multa cogitantur. Nam unum, quod multis caret, non minus, quam multa, quae uno carent, nihil sunt, nisi abstractae cogitandi notiones, quae, si quis ipsas per se ipsas constituere velit, vanae atque infirmae in se concidunt. Hinc jam sequitur, ut unius multorumque notiones sese invicem quaerant. Quod quamvis philosophus in dialectica, quam hucusque perduxit, disputatione non ipse pronuntiaverit, tamen per se ipsum ex thesi I antinomiae et ex antithesi II antinomiae apparet.

In his enim quaestionibus ex Eleatico principio dialectica lege explicata sunt quaecunque tum ipsi uni tum non uni competant.

Atque eadem via omnino critice dijudicatur Eleatarum

principium, quo quidem supposito, neque unum neque multa cogitari posse edoceatur.

Jam unum multaque, sibi invicem opposita, non solum suam ipsorum notionem, verum etiam essentiam tollunt. Quibus argumentis Eleaticum principium, quatenus quidem multa esse negat, affirmatur, quatenus autem unum solum esse velit, rejicitur. Itaque haec, qua unum inquiratur, ratio omnibus, qui arti criticae in philosophando student, quasi exemplar proponenda esse videtur.

Haec argumentatio, qua contrariae unius multorumque notiones directe negantur, viam quasi demonstrat, qua utramque illam notionem affirmari liceat.

Unum enim, si absque multis cogitari nequit, nonne necessario postulatur, ut, si quidem cogitandum est, ad multa referatur?

Pariter multa, si absque uno cogitari nequeunt, nonne apparet ad unum esse referenda? Ergo unum multaque inter sese conveniant, necesse est.

(Für das Eins und das Viele ergiebt sich aus der Unmöglichkeit ihres Gegensatzes die Nothwendigkeit ihrer Identität. Entweder sind sie überhaupt nicht, oder, wenn sie sind, müssen beide identisch sein.)

Quod quidem quaeritur, num et quomodo ex iis appareat, quae hucusque disputata sunt? Ecquid igitur ex iis, quae adhuc effecimus, aptum esse videtur ad hoc dijudicandum, quonam modo unum multaque inter sese conveniant?

Quae si quis cogitare velit, is utramque notionem inter sese conjungere cogitur. Nam ubi nobis persuasum est, unum multaque, sibi invicem contraria, plane irrita atque inania esse, hoc etiam nobis demonstratum videtur, unum multaque, nisi inter sese conjunxeris, non posse cogitari.

Quae, sive separantur, sive conjunguntur, pariter contrariis laborant. Neque enim minus unum sibi repugnat, si multorum expers, quam si particeps est. Et pariter multa

sive rejiciunt, sive patiuntur unum. Nam et unum, quod multis participet, et multa, quae uno participent, in contraria incurrere philosophus in antithesi I antinomiae et in thesi II antinomiae diserte explicavit.

